

## II. FEJEZET.

# Egyházi személyek.

## I. Káptalan.

### I. Egyhm. zsinat Tit. V. §. 1.

Cum secundum Concilium Tridentinum, Sess. XXIV. Cap. 12. de Reform. „Dignitates in Ecclesiis, praesertim Cathedralibus, ad conservandam, augendamve ecclesiasticam disciplinam fuerint institutae, ut qui eas obtinerent, pietate praecellerent, aliisque exemplo essent, atque Episcopos opera et officio juvarent“; ac eodem sacro Concilio docente, Capitulum Senatum Ecclesiae constituat, sicque Canonici aliis Presbyteris honorabiliores sint: idcirco nihil magis aequum est, quam ut ii etiam scientia, virtutibus, et morum integritate, officiorumque suorum exactissimo implemento se prae caeteris distingvant.

Quapropter Venerabiles Fratres Nostros Ecclesiae Cathedralis Canonicos in Domino hortamur: ut ad quem finem vocati sunt, ad eum infractis animis enitentur, et eos ad observantiam omnium, quae in Synodo Provinciali Strigoniensi in hoc merito decreta sunt, obligamus, et adstringimus: chorum proinde assidue, et diligenter frequentent, Horas Canonicas diurnas, nocturnasque devote absolvant, Missaeque Conventuali quotidie intersint, nec sub ea ipsi Missam celebrent; sine justa et legitima causa vero absentes, distributione commensurata careant.

Non absimiliter festis diebus quandoque, praecipue Archidiaconi, ad populum sermonem dicant, Episcopo celebranti, aut alia Pontificalia exercenti assistant, et inserviant; alias etiam curae habeant, ut res divina in Cathedrali Ecclesia digne et solemniter perficiatur, et accurate serventur ritus sacri, ac caeremoniae, ordoque praescriptus maneat semper inconcussus. Unanimes tandem, et in omni concordia permanentes, exemplo sint Clero amore mutuo, intimo consensu cum Episcopo, fidei Statutorum, et Regularum Dioeceseos observatione, ut qui dignitate caeteris praestant, virtutibus quoque aliis sint praecellentiores.

Quoniam autem ad servandum rectum ordinem, disciplinam, pacem, et harmoniam, facilitandum etiam ad ipsius Dioeceseos salutare gubernium, nihil magis confert, quam si non modo Collegium totum sphaeram activitatis suae probe teneat, sed etiam unusquisque in Collegio obligationes suas notas, et perspectas habeat: idcirco exhibita

Nobis iam antecedenter pro confirmatione Statuta Capitularia, postquam per Nos mature discussa, et cum antiquioribus Antecessorum nostrorum Constitutionibus collata fuissent, prono suscepimus animo, eadem Authoritate nostra episcopali adprobavimus, ratihabimus et confirmavimus, eorumque observantiam omnibus, ad quos pertinent, *stricte injunximus.*

2. (Eszterg. tart. zsinat. Tit. V. §. 4.)

*De Canonicis.*

Canonicatus et dignitates in Ecclesiis, praesertim Cathedralibus, honorifico „Senatus Ecclesiae“ nomine insignit SS. Concilium Tridentinum.<sup>1)</sup> Unde suapte intelligitur, multiplices easque gravissimas incumbere obligationes illis, qui huic Senatui adscripti sunt.

I. Ante omnia auxiliante Domino omni virium contentione cultum divinum promovere, et irrepentem animis fidelium erga Sacra teporem salubriter exemplo suo confundere studeant. Proinde Canonici tam Cathedralium quam Collegiatarum Ecclesiarum Officium Divinum totum in Choro publice recitent,<sup>2)</sup> non ordinariae distributionis lucro adducti, sicut monet Antistes, quem pastoralis sollicitudo gloriosum reddidit,<sup>3)</sup> sed Dei charitate religionisque cultu commoti; ut vere ex animoque psalmi illa verba concinant: „Voluntarie sacrificabo tibi et confitebor nomini tuo, Domine, quoniam bonum est.“ Itaque auctoritate etiam Tridentini Concilii<sup>4)</sup> praecipimus, ut cum in choro psallendum est, Canonici quoque quantum honoris gradu caeteris praestant, tanto studiosius psalmis, hymnis, et canticis, modulantes Dei laudes concelebrent, cui Officio si defuerint, pro absentibus habeantur, et earum partium, quas ea ratione non obierint, distributionibus mulctentur.<sup>5)</sup>

Missae Conventuali, quae pro Benefactoribus Ecclesiae celebratur, Canonici sine discrimine intersint; durante Officio Divino aut Sacro Conventuali Missas non celebrent. Quibus autem obligatio incumbit certum numerum Sacrorum persolvendi, in hac adimplenda ita versentur, ut et sibi bonae conscientiae et poscenti nefors Episcopo solertiae suae testimonium exhibere valeant. Imo ut Canonorum exemplo populus fidelis ad audiendum Verbum Dei studiosius confluat, ipsi quoque intervenire contendant.

Ut autem rerum divinarum studium tam in Clericis quam laicis efficacius excitent, Alumnos vero seminarii modum recte tractandi Verbum Dei facto doceant: concionandi munus Canonici imprimis festis diebus assidue exercent.<sup>6)</sup>

1) Sess. 24. cap. 12. de Reform.

2) S. Pius V. Constit. 35. Benedictus XIV. Institut. CVII.

3) Conc. Med. Prov. VI.

4) Sess. 24. cap. 12. de Reform. Pius V. Const. Ex proximo.

5) Conc. Prov. Med. 1. Communia de Ministris. p. 8. Decret. „Consuetudinem.“

6) Péterffy Conc. Hung. P. II. p. 205. 253.

Denique ad conciliandam Ordini Pontificali dignitatem; au-  
gendumque cultus divini splendorem, quotiescunque Episcopus Pon-  
tificale Officium celebrat, imo pro locorum consuetudine etiam alias,  
Canonici eidem adsistere teneantur.<sup>1)</sup> Generatim eminentis digni-  
tatis, quam Canonici in Ecclesiis gerunt, ratio postulat, ut in Epi-  
scopo suo Patrem ac Supremum Pastorem respicientes eidem ut  
luminaria maiora ad exemplum aliorum Clericorum condignam  
venerationem et obedientiam exhibeant; nati ad consilium, Epi-  
scopum sanis ac sanctis consiliis ultro adiuvent; electi ad iudicium,  
sacris sedibus prompte et intemerata fide adsideant; qua vero  
Archi-Diaconi suos Districtus sollicite visitent, atque omnes in  
omnibus negotiis Ecclesiae et Salutis animarum, cum primis ad  
nutum Episcopi vel Capituli deputati, aut exmissi sine fluctuatione  
obsequantur, et sibi comissa conscientiose exequantur.

2. Quia vero nihil est, quod alios magis ad pietatem et Dei  
cultum assidue instruat, quam eorum vita et exemplum, qui se mi-  
nisterio Divino dedicarunt:<sup>2)</sup> Canonici sicut honore et dignitate  
caeteris Clericis praestant, ita omnium virtutum exemplis imprimis  
vitae puritate prae luceant oportet.

3. Memores verborum Apostolicorum „Beneficentiae autem  
et communionis nolite oblivisci, talibus enim hostiis promeretur  
Deus<sup>3)</sup> patres pauperum esse contendant. Ipsa praestantissima vir-  
tus, castitas, omnem splendorem et vim aedificandi amittit, si labe  
avaritiae maculata fuerit. Sicut ad fontes benedictionum divinarum,  
ita ad animos etiam fidelium nihil tam expeditam facit viam, quam  
beneficentia; imo eadem defectus et fragilitates etiam, quae plene  
vix unquam declinantur, velamine quodam obtegere solet. Alioquin  
redituum suorum non domini, sed dispensatores duntaxat sunt; et  
ideo durissimum iudicium illis, si non fecerint misericordiam, quam  
autem poenam timere possent, si pretia peccatorum, quo nomine  
proventus ecclesiastici passim veniunt, in fomitem itidem pecca-  
torum converterent.

4. Corpus Ecclesiae, in Capite Christo coadunatum nihil magis  
ornat, quam sincera charitas. „In hoc cognoscent omnes, quia  
discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem.“<sup>4)</sup> Canonici  
hac virtute eo magis praefulgere debent, quo certius est primam  
eorundem institutionem huic virtuti innixam fuisse. Ideo S. Carolus  
Borrom. Canonicos monuit: „Omnia agite pace mutua, concordi  
voluntate, et charitate fraterna vos invicem diligite. Canonici enim  
estis, qui sicut pro Collegii ratione et antiquo instituto una in  
Collegiata Ecclesia, unoque item in Canonicali domicilio collocati  
fuistis: ita uno pacis et charitatis foedere, unaque animorum con-  
sensione coniunctissimi, sicut nascentis Ecclesiae Ministri, quorum

<sup>1)</sup> Conc. Med. Prov. V. V. quae ad Divina Officia pertinent. Trid. Sess. 22.  
Cap. 12. de Reform.

<sup>2)</sup> Trid. Sess. 22. Cap. 1. de Reform.

<sup>3)</sup> Hebr. 13, 2.

<sup>4)</sup> Joan. 13, 35.

erat cor unum et anima una, experiendo videte, sicut in psalmo scriptum est: Quam bonum et iucundum sit habitare fratres in unum.“ Haec charitas superioribus affibilitatem, inferioribus vero reverentiam imperat; probatam virtutem aestimio auget, defectus vero et negligentias monendo minuit; quae praeclare gesta sunt, ad aedificationem Corporis Christi enunciat, illa vero quae perperam fiunt, ad praecavendum pupillorum scandalum tenera cura operit.

5. Dum de rebus gravioribus in Capitulo deliberandum est: earum rerum deliberatio ac tractatio tum suffragiis occultis permittatur,<sup>1)</sup> tum illae res quo maturius expendantur, in una sessione propositae, in alia decidantur.

6. Usus distributionum quotidianarum in omnibus Capitulis tam Cathedralibus, quam Collegiatis iuxta mentem PP. Tridentinorum<sup>2)</sup> inducatur.

7. Similiter Praebenda Theologalis<sup>3)</sup> et Poenitentiarium<sup>4)</sup> ex mente eiusdem Conc. Trid. per Episcopos constituatur.

8. Quo facilius autem Episcopi in Ecclesiis sibi commisis et divinis biretum coloris violacei, quatuor tamen cornibus, ut vocant, interdum Canonicali Capitulo interesse studeant vel illud ipsi ad se convocent, ut habeant occasionem cognoscendi, an praescriptae Capitulo leges inviolate serventur.<sup>5)</sup>

### 3. Violaszinü biretum viselésének joga.

(Klimó Gy. 1766. évi május 23-án kélt pásztorleveléből.)<sup>6)</sup>

... Vobis, vestrumque singulis in dictis octo Canonicatibus existentibus, vestrisque respective successoribus motu proprio facultatem concedimus, ut singuli vestrum in choro, aliisque officiis divinis biretum coloris violacei, quatuor tamen cornibus, ut vocant, distinctum, cum flocculo coloris carmasini deferre possitis, ac valeatis.

### 4. A püspöki helynök hatásköre.<sup>7)</sup>

(1906. évi 631. sz. püsp. intézv. Circ. V. 18.)

Cura et sollicitudo pro salute animarum, item pro negotiis dioecesanis urget Nos, ut praedecessorum Nostrorum exempla secuti in

1) Alexandri VII. 36. Const.

2) Sess. 21. cap. 3. et Sess. 22. cap. 3. de Reform. Benedict. XIV. Institut. CVII.

3) Sess. 5. cap. 1. — Sess. 23. cap. 18. de Ref.

4) Sess. 24. cap. 8. de Reform.

5) De iis quae ad Capitulum pertinent. Conc. Prov. Med. 3.

6) Ugyanezen levélben közli Klimó püspök XIII. Kelemennek a pécsi káptalan tagjai számára engedélyezett ama privilégiumát, mely szerint viselhetik a főpapi jelvényeket. Mária Terézia 1769-ben a placetje nélkül kihirdetett pápai kiváltság használatát letiltja. — A káptalani rendjelet adományozó királyi diplomát (kelt 1833. dec. 5.) I. a káptalan hiteles helyi levéltárában Tab. 4.

7) A püspöki helynök kinevezése és hatáskörének megállapítása nagyjából mindig ugyanezen szöveggel szokott történni.

administrationem Episcopatus vicarium idoneum advocemus, ne ob ipsius muneris episcopalis amplitudinem agendorumque multiplicem varietatem, necnon ipsius tam latae dioecesis extensionem, imprimis Nobis absentibus, aut in dissitis dioeceseos oris urgentibus executio sacri Ministerii impedita sit, aut negotiorum pertractatio moram patiatur.

Cum autem ad munus hoc grave Illmum ac Rssmum D. *Antonium Walter* praelatum domesticum S. S., abbatem titularem et canonicum Ecclesiae Cathedralis Custodem zelus, pietas, fidelitas longaevaeque in procurandis negotiis dioecesanis dexteritas commendent, decrevimus Eundem in partem laborum Nostrorum adsciscere. Idcirco Eundem *in spiritualibus Vicarium, officialem item, sive causarum Auditorem Generalem* creavimus, nominavimus et constituimus firma in Domino spe freti, ut Eundem providum fore gravissimi muneris Nostri Episcopalis cooperatorem.

Facultates Eidem tributas praesentibus publico Venerabili Clero dioecesano:

1. Omnes et singulas a Sacra Poenitentiaria Romana ad quinquennium ddo 13. Januarii a. 1906 pro foro interno Nobis concessas.
2. Omnes pro foro externo a S. Sede Apostolica ad quinquennium ddo 14. Januarii a. 1906. acceptas.
3. A quibusvis Ordinario in hac Dioecesi reservatis casibus et peccatis absolvendi, hancque facultatem cum aliis quoque approbatis confessariis communicandi et subdelegandi.
4. Presbyteris sive saecularibus sive regularibus approbatis exercitium jurisdictionis in Sacro Poenitentiae tribunali impertiendi et impertitam jurisdictionem e causa sufficienti revocandi. Volo autem, ut neopresbyteri in examine jurisdictionis approbati, pro uno dumtaxat anno jurisdictionem accipiant, quo elapso idem examen repetere obligentur.
5. Dispensandi in bannis matrimonii praemitti solitis, necnon in impedimentis impediens in quibus Episcopi jure proprio dispensant.
6. Omnia negotia matrimonialia pertractandi, etiam illa, quae respiciunt gradus consanguinitatis et affinitatis propinquiores, atque impedimenta sub 2-0 non comprehensa.
7. Parochos in synodali examine approbatos atque a me acceptatos canonicè instituendi.
8. Rectoribus parochiarum infirmis, vel alia de causa insufficientibus, ad breve tempus, coadjutores sive subsidiarios deputandi. Administratores interimales parochiarum constituendi. Parochis de cooperatibus ipse providebo, nisi absim a Sede, ac idmodi provisio moram non patiatur — quem in casum potestatem cooperatores transferendi aequè tribuo.
9. Virorum ac feminarum ad habitum religiosum vel ad professionem admitti petentium voluntatem explorandi; pro ingressu ad clausuram Monialium artificibus, officialibus, medicis etc. pro rebus tantum necessariis licentiam concedendi.

10. Literas formatas, commendatitias, testimoniales, dandi.
  11. Pias foundationes acceptandi, approbandi atque coordinandi.
  12. Ecclesias, altaria, oratoria publica, cruces, statuas etc. benedicendi et facultatem hanc aliis quoque subdelegandi, salvis tamen Vicearchidiaconorum juribus.
  13. Restorationes, quae fiunt ad onus fundi religionarii aliorumque fundorum a regio gubernio administratorum, pertractandi.
  14. Rationes de peculio sacro, Ecclesiarum et piarum foundationum necnon communitatum catholicarum et scholarum superrevi-  
dendi, approbandi vel rejiciendi.
  15. Posthumas defunctorum sacerdotum substantias pertractandi et partes in fines dioecesanos inde obvenientes exigendi.
  16. Matricas corrigendi et generatim omnia negotia matricularia pertractandi.
  17. In sacerdotes delinquentes, si denunciati et accusati fuerint, Canonicis demptis, quorum causas mihi reservo, ex consistorio inquirendi et servato juris ordine animadvertendi.
  18. Dispensationes matrimoniales a Sacra Sede impetratas exequendi.
  19. Pias sodalitates erigendi, earum statuta approbandi.
  20. Syndicos Ecclesiarum, docentes, atque ludi magistros, sedes item scholares confirmandi.
- Scholaria negotia caeterum Superiori scholarum dioecetano Inspectori, respective mihi reservo.
21. In ordine ad forum contentiosum omnes causas matrimoniales aliasque controversias, quae ad forum ecclesiasticum pertinent, in Consistorio cognoscendi, inquirendi ac decidendi; item sententias in Consistorio cognoscendi, inquirendi ac decidendi; item sententias in Consistorio latas executioni dandi; verbo omnia ad justitiam administrandam legalia media adhibendi.
  22. Nolas benedicendi *ad proximum quinquennium* ipsa non excepta aquae benedictione, si legitima causa id exigat; dummodo servetur forma in Pontificali Romano praescripta.

## II. A kerületi alesperesek.

### 1. Az esperesek kötelességei és jogai.

#### a) (Egyhm. zsinat. Tit. V. §. 2.)

Quamvis officia Vice-Archi-Diaconorum in Decretis Concilii Provincialis Strigoniensis, pagina 68—72, prolixè recensita sint:<sup>1)</sup> Synodus tamen haec, nonnulla adhuc particulatim exponenda, et constituenda censuit.

Generatim quidem, cum Vice-Archi-Diaconi in Districtibus,

<sup>1)</sup> Az eszterg. tart. zsinat az alesperesekre vonatkozólag semmivel sem mond többet az egyh. zsinatnál, azért határozatai nem vétettek fel e gyűjteménybe.

quibus praesunt, in medio Fratrum suorum Parochorum, et populi viventes, defectus, si qui emergunt, facilius advertere possint, iique per Episcopum ideo in partem sollicitudinis pastoralis vocentur, ut eorum oculis videre, eorum adjutorio omnia corrigere, emendare, et sanare valeant; idcirco quanto majorem in eorum fide, et opera fiduciam collocat Ordinarius, tanto etiam diligentius, solertius, et absque rerum procrastinatione, credito sibi munere fungantur oportet; firmiter de eo persuasi, quod sicut diligenti officii sui implemento magna coram Deo, et hominibus posituri sint merita, ita subituri sint grave conscientiae suae, et reddendarum rationum onus, si munus suum negligenter obeundo, defectus et scandala, ex sua partim desidia, partim conniventia, oriri siverint: Itaque sphaeram activitatis, et muneris eorundem in sequentibus defigimus.

1-o. Vice-Archi-Diaconorum officium est: omnes constitutiones, dispositiones, et mandata Ordinariatus, et Officii Dioecesani, non modo conscientiose observare, sed etiam invigilare, et curare, ut haec ab omnibus sui Districtus animarum Curatoribus observentur, et respective Protocollo parochiali inferantur.

2-o. Illorum est invigilare: num parochi universim parochialia munia diligenter obeant, an ritus et ceremonias, in Missali et Rituali praescriptas, iuxta Directorium observent, verbum Dei diebus Domini, et Festis (non exceptis feriis sic dictis vacationalibus), diligenter annuncient, catecheses servent, scholas visitent, moribundis incunctanter assistant. Missam quotidie, aut saltem frequenter celebrent, in sepeliendis mortuis spatium 48. horarum in regula observent, an parochiam suam ultra unam diem absque supplente non deserant, peculii Ecclesiae, piarum foundationum, et eleemosynarum fidelem curam habeant, conservationi Crucum, Statuarum, et Capellarum intendant; tabellam Sacrorum fundationalium in Sacristia appensam habeant, et praevis ex ambone celebranda fundationalia Sacra, ad conservandam in populo erga pias Foundationes fiduciam publicent, an generatim peculii Ecclesiae penes observantiam contraseraturae Normativo <sup>1200</sup>/<sub>1859</sub> ordinatam, et fidelem administrationem manuteneant, et observent? <sup>1)</sup> aliaque sibi de officio incumbentia exequantur; demum an vitam vocationi suae conformem vivant, Breviarium orent, famulitium moratum habeant? Si vero quemquam, aut in cura animarum nimis tepidum, aut gravi, non tamen publico defectu laborantem observent, eum primo inter se, et ipsum cum omni charitate monebunt; si non audierit, adhibeatur tertius; si nec sic sapuerit, talem etiam in Congregatione Districtuali, in pleno coetu, ad seriam emendationem hortando, obsecrando, moneant; si nec id suffecerit, negligentes, inobedientes, inemendatos, et offensiones praebentes, ad nos deferant, cum plena et sincera defectus admissi, factarumque admonitionum descriptione.

<sup>1)</sup> Ez esperések kötelességeit a plébániai vagyon kezelésének ellenőrzését illetőleg pontosabban „A pléb. vagyont illető szabályzat és utasítás“ állapítja meg. L. VI. Fej. — Az 1200/859. sz. szabályzat nincs már érvényben.

3-o. Curae sit vice-Archi-Diacono, ut honor, et existimatio Cleri in suo Districtu salva, et intemerata conservetur; intendat idcirco: ut in domo parochiali personae serviles bonae famaе, bonorumque morum, atque ad exigentiam ss. Canonum, signanter s. Concilii Tridentini Sess. XXV. Cap. 14-o. de Reform. omnem suspicionem excludentes sint? et si quid hujusmodi absque importuna inquisitione observaverit, eos, quos concernit, summa quidem cum prudentia et charitate, attamen sacerdotali etiam libertate moneat, hortetur, increpet, ut lapidem offensionis e medio tollant, contumaces vero Ordinario deferat.

4-o. Sollicitus sit, ne inter Condistrictuales ipsos inter se, aut pastores, et parochianos, dissidia emergant; aut si oriuntur, ea ex aequo et bono componere satagat. In dubiis adhibeat Fratrum suorum consilium, quos ad rem elucidandam magis idoneos noverit; in gravioribus ad Ordinarium recurat.

5-o. Quovis anno in vere, et autumno, Congregationem Districtualem juxta normam praescriptam<sup>1)</sup> asservabit, cujus terminum et locum omnibus Districtualibus tempestive significabit, in his propositas ab Ordinariatu theses, et quaestiones mutua matura deliberatione discutient et solvent: singuli autem sua elaborata, nisi qui ab hoc respectu aetatis dispensati sunt, Vice-Archi-Diacono resignabunt. In iis pariter, si quae difficultates ad officium pastorale pertinentes, aut dubia quoad sensum Ordinum dioecesanorum emergerent, in pertractationem assumentur, et dilucidabuntur, demum pro re nata dissidentium conjugum reconciliatio, (si qui praesto essent) tentanda veniet. Acta vero Protocollo inferentur, et per Vice-Archi-Diaconum Ordinariatu submittentur. Idem etiam periodicas Relationes in sensu Missilium dto 28-ae Januarii 1858. Nr. 270. et tempore, prout in Directio notatur, horsum praestabit.<sup>2)</sup>

6-o. Quotannis semel Districtus sui Parochias visitabit, et reflexe ad puncta exposita relationem de statu Ecclesiae, Parochiae, et Scholae, in forma tabellari praesentabit.<sup>3)</sup> Cujus Tabellae rubricae sunt sequentes:

1) L. alább a 3. pont alatt.

2) L. a 2. lapon.

3) A jelentés beterjesztésének szorgalmazását s a beterjesztés idejét 1. b) pont alatt. Jogtörténeti szempontból érdekesnek vélem a 212/1827. sz. r. közlését. (Missiles, 42.)

Cum e re sit: ut Praelato Ecclesiastico fidedigne constet an et quomodo Curationes sacri, quibus aliqua portio dominici gregis in via salutis regenda obtigit, sublimi suae destinationi satisfacere contendant? cum item in notitiam huius praedictus superior ecclesiasticus non aliter, quam fidei opera vigilantium Vice-Archi-Diaconorum, quos ad facilitandam officii sui pastoralis, late nimis extensi, administrationem in quolibet Districtu e ceteris elegerat, atque ad conservandum rectum ordinem pluribus in punctis debita activitate iustruxerat, pervenire possit: hinc Praetiae DVestrae, qua Districtuali VADiacono praesentibus offose injungo: ut de cunctis Parochis, Administratoribus atque Capellanis, intra ambitum Districtus sui existentibus, super eo: an hi in officiis suis sacerdotalibus accurati vel remissi? an ad serviendum animabus diu noctuque prompti vel forte segnes? an respectu characteris sui moralis et disciplinae ecclesiasticae irreprehensibiles, an exemplares, vel forte aliqua uacula, aut majori plane culpa inquinati sint? omni quadrante anni, idest:



I. Nomen Parochi, Cooperatoris, Docentis, et Subdocentis.

II. Quam fabrica Ecclesiae interna, et externa deposcit imprimis reparationem? quid ad internam instructionem, supellectilem vel maxime restat? an mundities in Ecclesia, et sacra supellectili observetur? num peculium Ecclesiae diligenter curetur? num agri et alia tenuta solerter cultiventur? in quo statu sint Capellae, Cruces, Statuae, Coemeteria?

III. Num Sermo sacer dominicis et festis diebus dicatur. Sacrum et Lytaniae decantentur? an Catecheses serventur, in Ecclesia et in Schola? num quotidie Sacrum celebretur? num Matricae, Protocolla ordinarie ducantur et conserventur? An domus parochialis sit ordinata? famulitium morigerum? Num parochus vestem talarem, Clericis propriam, deferat, Breviarium oret? num debitis non praegravetur? Quid parochum imprimis commendat? Haec eadem respective referantur de Capellano.

IV. Quid ocyorem requirit in aede parochiali reparationem? num horti debite cultiventur? arbores plantentur, conserventur, tenuta fimentur, colantur? qua in re defectum patitur parochus, et qualiter huic posset obviari?

V. Num populus sit solers in frequentandis divinis, concionibus, catechesibus; num praestationes accurate dependere contendat? quid populum imprimis commendat, quid discommendat?

VI. Quid ocyorem requirit in scholari aede reparationem? num horti, et tenuta debite cultiventur? arbores plantentur? agri fimentur? qua in re Ludimagister defectum patitur, et qualiter huic posset obviari?

7-o. Sacerdotes in Curatum beneficium post impetratam, et sibi exhibendam Canonice Investituram quoprius populo fideli parochiano, in Ecclesiam collecto, cum Missarum solenniis, et spirituali alloquio praesentabit, in officium introducet, et installabit. Instrumentum Resignatorio-Receptorium rerum, ad Ecclesiam, fiscum Ecclesiae, Bibliothecam, Fundum instructum parochiae, ad exigentiam Normalium dto. 12-ae Julii 1857. Nro. 1171, item Nri. 1200/1859. de 24-a Junii adparabit. (Vide Numerum II-m in Appendice.)<sup>1)</sup> Non secus coram se divisionem proventuum inter Antecessorem (vel ejus massae caducae Curatorem) et Successorem fieri faciet, moderabitur, ac instrumentum a Partibus, ac Administratione sacri peculii subscriptum coramissabit.

8-o. Cum Vice-Archi-Diaconus una sit scholarum Inspector, nulli parcat fatigio, ut fiduciae in se locatae, et exspectationi omnimode respondeat: eapropter exemplum Christi Domini, parvulos ad se vocantis, et amplexantis, sequendo, parentes ad natos suos in

cum fine mensium Martii, Junii, Septembris et Decembris, conscientiosam, disinteressatam, atque de quolibet eorumdem specificam Informationem (pro qua omnem futurum in eventum Praetta DVestra responsabilis erit) Officio Dioecesano praestare non intermittat.

<sup>1)</sup> E pontot illetőleg is nem az idézett szabályzatok, hanem az 1893. évben közzétett „A pleb. vagyont illető szabályzat és utasítás“ van érvényben.

scholam diligenter mittendos hortetur, et omni zelo excitari faciat. Docentes ad exigentiam Normalium, cum concernentium influxu deligi, et Ordinariatui proponi, ac post denominationem ad munus conscientiose implendum, per elicitam coram populo fideli ad divina comparente, Fidei Catholicae professionem; sanctissimi Sacramenti sumptionem, et juramenti nuncupationem, — quod Nobis, Vicario Dioecesano, scholarum Inspectori, Vice-Archi-Diacono, et Parocho obediens et fidelis erit, debitamque reverentiam exhibebit, — adstringet, adstringique procurabit. Denique annuas Relationes scholasticas de cunctis Districtus sui scholis praesentabit.

9-o. Curae habeat tam Ludimagistros, quam alios etiam inferiores Ecclesiarum ministros, uti aedituos, campanatores: eos contra impetitiones defendat, eorumque competencias exigat; quodsi tamen in aliquo delinquerent, eos corrigere satagat, et si incorrigibilis deprehenderet, posteriores a servitio amovere, Ludirectores vero altiore potestate removeri omnimode studeat.

10-o. Si in Districtu suo quispiam Parochorum, aut Administratorum aegre decumbat, Vice-Archi-Diaconus eum adeat, et praecipue si de vita periclitetur, eum ad Sacramentorum susceptionem disponat; moneat quoque: ut tempestive Testamentum condat, (si nondum haberet), debita sua seu activa, seu passiva conscientiose in eo connotari procuret, de mercede famulitii sui providere non obliviscatur, accepta denique stipendia Missarum, necdum persolutarum, sincere indicare non intermittat. Ad hunc scopum certius assequendum agat Vice-Archi-Diaconus, ut in Districtu suo communi aestimio, et fiducia gaudens deligatur Spiritualis, qui peculiarem infirmorum Confratrum curam habeat, et graviter decumbentibus necessaria salutis remedia, sacrum viaticum, et Extremam Unctionem administret, eosque reflectat, ut de bonis suis, per Ecclesiam acquisitis, juxta mentem Ecclesiae, ad pias causas disponant, et conferant, aliis quidem, qui viventi servierant, sive consanguinei sint, sive non, juxta servitii meritum relinquunt, ast caveant, ne servilem suam haeredem scribant, a quo oblocutiones, et scandala in diminutionem bonae opinionis status, vix abesse possunt.

11-o. Si quis in Districtu Parochus, vel Administrator Parochiae moriatur, Vice-Archi-Diaconi est: Ordinariatum de morte quamprimum certiolem facere; is conditum Testamentum submittet, aut insinuabit tale non existere, procurabitque substantiae officiosam, lege praescriptam, inventationem, cui ipse qua Commissarius Ecclesiasticus intererit, etiamsi alter constitutus foret pro Executore Testamenti. In hoc suo munere prima ejus cura erit documenta omnia ad sacrum ministerium pertinentia, Matriculas Baptisatorum, Copulatorum, et Mortuorum, caeteraque Protocolla colligere, et collecta in Archivo parochiali deponere; privata quoque, rem conscientiae, vel disciplinae concernentia scripta, et acta, a Massa segregare, in elenchum referre, ac constituto interim Administratori Parochiae, erga huius Reversales resignare. Denique

ejus erit defunctum sepelire, et exequias illius celebrare, quo fine studeat Condistrictuales quo fieri potest majori numero congregare, quo opus hoc charitatis fratri defuncto decenter praestetur, isque, praemissa Missa Cantata de Requiem, terrae mandetur.

12-6. In quantum ea, quae ductu nonnullorum punctorum Vice-Archi-Diaconi effectuada habent, longiorem non semper paterentur moram, in casum obitus, abitus, vel infirmitatis Districtualis Vice-Archi-Diaconi, ea Notarius Districtualis exequetur, praesidium tamen in Congregatione Districtuali senior Parochus sustinebit.

13-0. Vice-Archi-Diaconis sequentes facultates concedimus in suis Districtibus:

a) Facultatem absolvendi poenitentes in foro conscientiae a casibus Nobis reservatis, non tamen facultatem simul eam subdelegandi.

b) Potestatem benedicendi vestes, paramenta, supellectilia, et vasa sacra Ecclesiae, et Altaris, in quorum benedictione non intervenit unctio chrismatis, adeoque etiam Monstrantias et Ciboria, Ecclesiis tamen, et Sacellis, in quibus s. Missae Sacrificium offertur, exceptis, pro quibus, uti pro erigendis, ita et pro primario lapide deponendo, et benedicendis, licentia in quovis casu particulari ab Ordinario petenda erit.

c) Omnes gaudent jure deferendi cingulum violaceum;<sup>1)</sup> in Congregationibus Districtualibus praesident, et officiose Admodum Reverendi titulo decorantur.

d) Tribuimus eis facultatem, Parochis sui districtus concedendi licentiam a Parochia ad sex dies abeundi, constituto praevie Sacerdote approbato, qui vices eorum interea subeat.

e) Pro revisione Cassarum Ecclesiae insimul cum Scholarum visitatione percipit Vice-Archi-Diaconus 3. flnos. a. w.<sup>2)</sup> pro ductu funebri defuncti Parochi ex consuetudine unum aureum, e massa alterius Sacerdotis 2 flnos; pro Sacro insuper de Requiem, si ipse decantaverit, solitum unius florenti stipendium accipit.

b) (1907. évi 154. sz. püsp. rend. Circ. I. 1.)

Statutum Synodi dioecesanæ anno 1863. celebratae tit. V. §-o 2-a puncto 6-o officium injungit Vicearchidiacono, ut „quottannis semel districtus sui Parochias visitet et reflexe ad puncta exposita relationem de statu Ecclesiae, Parochiae et Scholae in forma tabellari praesentet“. Et enumerantur ibidem etiam rubricae Tabellae.

<sup>1)</sup> „Cum in pluribus Hungaricae Ecclesiae Dioecesibus VADiaconi honoris causa violacei coloris cingulo utantur, praesentibus potestatem facio singulis ordinariis VADiaconis, donec hoc munus licet opera Sub VADiaconi adjuti obierint violacei coloris cingulum gestandi.“ Szepessy püspök 1831. jul. 6-án kelt intézvénye.

<sup>2)</sup> Számadások felülvizsgálata alkalmával az esperesek napidija és fuvarköltése 6. k. L. a. VI. F.-et.

Visitationes praescriptae quidem ut plurimum peragebantur, sed relationes iam per longius temporis spatium frustra desiderabantur. Quum vero relationes praedictae aptissima media invenissem ad cognoscendum statum dioecesis, imo adiumenta praestare possint ad excitandum et fovendum inter fideles sensum religioso catholicum, pietatem item et christianam charitatem, ideo denuo injungo ARDominis Vicearchidiaconis, ut officio in statuto supra allato lisdem imposito quotannis conscientiose respondeant atque relationes praescriptas inde ab a. 1907. quovis mense *Novembri* Officio Meo dioecesano praesentent.

c) (1907. évi 4729. sz. püsp. intézv. Circ. XVIII. 166.)

Relationes statuto Synodi dioecesanae praescriptae atque in litteris Nostris Circularibus I. anni currentis inculcatae nondum ab omnibus ARDD. VADiaconis horsum promotae sunt, quapropter restantes praesentibus peramanter requirimus, ut officio suo quanto ocyus respondeant. Quum vero forma haud raro spiritum occidat, praesentibus notum reddimus ARDDminis VADiaconis, nos non *formam tabellarem* urgere, sed relationes fideles.

## 2. Az esperesek tiszteletdíja.

a) (1893. évi 1112. sz. püsp. intézv. Circ. VIII. 50.)

Ferdinandus Dulánszky Dei Misericordia et Apostolicae Sedis Gratia Ecclesiae Quinque-Ecclesiensis Episcopus, Sacratissimae Caes. Et Reg. Apostolicae Maiestatis Actualis Intimus Consiliarius, Insignium Ordinum Coronae Ferreae I. Cl. item Francisci Josephi Magnae Crucis Eques, Commissionis Regnicolaris Conservandis Monumentis Artis Socius, SS. Theologiae Doctor Collegiatus.

Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit universis, quod Illmus ac Rssmus Dominus Franciscus Troll, Protonotarius Apostolicus, Suae Sanctitatis Leonis PP. XIII. Praelatus domesticus, Abbas S. Stanislai de Sáros, Cathedralis Ecclesiae Quinque-Ecclesiensis Canonicus Cantor, Examinator Prosynodalis, Ins. Ordinis Coronae Ferreae III. Cl. Eques, Ordinis S. Sepulchri Hierosolymitani cum stella, item Ordinis Aureae Crucis Leonis PP. XIII. „pro Ecclesia et Pontifice“ Commendator, Arcadiae Romanae et Academiae Tiberinae Socius, pro memoriali instantis sui iubilaei sacerdotalis in tesseram graditudinis, qua se erga almam Dioecesim Quinque-Ecclesiensem obstrictum esse profitetur, 20.000 flnor., i. e. viginti millia florenorum austr. valoris, seu 40.000 coronarum, dotis instar perpetuae foundationis eo fine ad manus nostras numeraverit, ut annum praevii capitalis fundationalis censum, unde aliquo saltem, etsi non condigno honorario decorentur, percipiant Ordinarii districtum in Dioecesi Vice-Archidiaconi non tam pro praemio laborum, quam pro itineribus expensis.

Nos igitur egregiae huius munificentiae specimen debito prosequentes aestimio, ipsam hanc foundationem, qua illustrissimus

fundator factarum iam in varias dioecesanam indigentiam  
foundationum seriem auxit, auctoritate Nostra Ordinaria  
acceptamus, approbamus et coordinamus disponentes ut annum  
praevii capitalis fundationis fine fructificationis penes  
Cassam fund. gen. dioecesanam elocati interusurium, piae intentioni  
fundatoris conformiter, inter ordinarios districtuum in Dioecesi  
VADiaconos aequaliter distribuatur; respective Officio fundationi  
dioecesana iniungentes, ut singulis ordinariis Vice-Archidiaconis  
titulo honorarii vicearchidiaconalis erga apocham rite adornatam  
summam vigesimae secundae parti annui census huius fundationis  
correspondentem in semestralibus ratis quotannis consignare debeat.

Dives autem in misericordia Deus retribuere dignetur pio fundatori pro insigni beneficio!

*b) (1894. évi 3010. sz. püsp. intézv. Circ. XV. 85.)*

Quod dudum pium desiderium fuit, praedecessorumque meorum sollicitudo, ut Vice-Archi-Diaconi districtuales scholarumve districtualium inspectores quorum opera Episcopus in administranda dioecesi utitur, aliqualem saltem, si adaequatam rerum adjuncta non admittant, pro exantlatis laboribus haberent remunerationem, ne muneris vice-archi-diaconali plus oneris, quam honoris inesse sentiantur, ipsumque laborum onus pondus evadat insupportabile sacrificiorum materialium; in effectum abire primus Illmus D. Franciscus Troll, el. episcopus Tribuniensis, praepositus maior, dioecesis benefactor iussit facta egregia pro VADiaconis fundatione.

Quae fausta initia novum animum mihi addiderunt consilium capiendi, quomodo indigentiae huic citius suppetiae ferrentur; et providentia quidem divina coeptis ita favebat, ut litteris circularibus dato 31. Decembris anni 1893. sub nr. 3660. publicatis spem facere potuerim honorarii vice-archi-diaconalis e fundatione Trolliana redundantis proxime elevandi.

Cuius equidem spei in effectum deducendae tempus adduxit Cassae Dioecesanae notabile incrementum.

Quamobrem praesentibus annum honorarium Vice-Archi-Diaconorum, eorundemque scholarum districtualium inspectorum ab initio affuturi anni e Cassa dioecesana ad vires 100 idest: centum florenorum a. v. elevando dispono, ut annuus qui e fundatione Trolliana singulis Vice-Archi-Diaconis redundat, pro varietate pedis procentualis maior aut minor fructus per Officium fundationale dioecesanum e Cassa dioecesana quotannis ad vires centum florenorum a. v. redintegretur, respective summa haec redintegrans V.-A.-Diaconis erga apocham in semestralibus ratis resolvat; ubi tamen scholarum districtualium inspectoratum a vice-archi-diaconatu se junctim exerceri contigerit, summa ista redintegrans scholarum inspettori cedere debeat.

Quod ipsum hisce Vice-Archi-Diaconis et scholarum districtualium inspectoribus pro congrua notitia intimatur.

### 3. A kerületi tanácskozmányok rendje.

*Scitovszky püspök 1840. ápr. 22-én kelt 530. sz. határozmánya.*

Sublimi . . scopo Distr. Congregationum spectato, eas uberri-  
mum fructum producturas, dubitari omnino non potest, praesertim  
si *VADiaconi naturales earum praesides*, scientia, pietate et zelo emi-  
nentes, consilio et exemplo suo caeteris prodesse studuerint — et  
in iis asservandis *certa norma, determinataque methodus* scopo con-  
sona observata fuerit; primum me in *VADiaconis* reperturum plenus  
confido, alterum praesenti Decreto determinandum et pro stricto  
observamine in Domino praescribendum esse constitui. Sit itaque.

Ordinarie *binæ singulo anno civili* in quovis Districtu Vernalis  
quippe et Authumnalis *asservabuntur Congregationes*. Negotiorum  
autem seu multitudine seu gravitate exposcente etiam extra has  
celebrari poterunt. *Locus* seriatim per Parochias procedendo, in  
Congregatione praecedente defigatur, dies Sessionis per *VADiacono-*  
*num* adminus 15 diebus citius medio currentis publicetur, et huic  
*quivis districtualis Parochus et Capellanus* ni physica vel moralis  
impossibilitas obstiterit, *interesse obligatur*.

Publicato Congregationis termino, quilibet curatus pro actu hoc,  
velut gravi et momentoso semet *debite praeparabit*, et quidem 1-mo  
repetita meditatione ea in chartam conjiciet, quae parte ex sua in  
Congregatione proponenda, et Fratrum consultationi substernenda  
censuerit. Perquiret quippe ex se: num e. g. non habeat servos Eccle-  
siae discolos — vel conjuges in dissidiis viventes — vel segnes docen-  
tes — vel proles e mixtis nuptiis ortas extra institutionem cath. con-  
stitutas — vel ad publicam offensionem excessivos — vel concubina-  
rios — et his similia. — 2-o Cuncta negotia sua ita disponet: ut  
Congregationis die pro omni posse liber esse valeat. 3-io Quilibet  
veste talari, cingulo et tonsura clericali provisos, *accepto Breviario*,  
consignatione mixtorum matrimoniorum, et suis notationibus mature  
mane ad locum Congregationis procedet, in via non aliquo divertendo  
et colloquendo, sed precibus vacando, et super proponendis meditando.  
Insuper ii, *qui necdum decem annos presbyterii expleverunt*, cunctos-  
veste talari, cingulo et tonsura clericali provisos *accepto Breviario*,  
suos sermones a postrema Congregatione scriptos vel pronunciatos  
secum ad locum conventus deferent.<sup>1)</sup> Contendent autem, admi-  
nus hora 9. matutina omnes et singuli in loco adesse. Et haec sunt  
circiter, quae Congregationem praecedent. Sequuntur

*Agenda sub ipsa Congregatione* — quae stricte normam con-  
sensus constituunt: sunt autem haec 1<sup>o</sup> Summum hora nona dato  
solemniore pulsu omnes in corpore procedent ad Ecclesiam, uno  
Sacrum celebrante, alii in patentibus considebunt scamnis, et horas  
minores usque elevationem in privato persolvent. Quibus finitis in  
comitiva organi decantabunt Hymnum: Veni S. Spiritus, et emitte  
coelitus lucis tuae radium! — et quidem ordinarie lingua vernacula:

<sup>1</sup> Nincs már gyakorlatban.

„Jöjj el Sz. Lélek Isten, erezsd reánk kegyesen menyből fényességedet“ ut etiam populus concinnere valeat. Finito Hymno et sacro, in domum parochialem (extra hanc enim congregatio celebrari non potest) revertentur — et nulla interposita mora, tempus enim debet esse pretiosum, ad mensam Consessus, crucifixo stante provisam, iuxta seriem obtentorum parochiarum accedent — genuflectent — et praeorante Praeside: *Veni S. Spiritus, reple tuorum corda* etc. adhuc semel pro donis coelestibus suspirabunt ac VADiacono praesidium occupante considerabunt.

2-o. Unus de junioribus indicatum per Praesidem unum aliudve caput ex epistolis S. Pauli ad Timotheum et Titum perleget, et tunc Praeses Congregationis brevi dictione *Fratres alloquetur* et in singulis spiritum sacerdotalem per commendatam v. g. orationem, lectionem, meditationem, Zelosam populi pubisque institutionem, sacramentorum frequentem susceptionem et piam administrationem ac intemeratam vitam excitare connitatur. His persolutis

3-o. Pertractabuntur ea, quae sunt stricte objecta consultationum district., haec autem ad sequentia in circa revocantur:

a) *Republicanur illae encyclicae et circulares* ab ultima Congregatione ad Clerum dimissae, quae vel materiam pro consultatione continent, vel iudicio Praesidis utiliter relegentur; — semper autem republicanur *super periodicis relationibus ad districtum dimissae reflexiones*; et de modo facilius ac efficacius continentias earum in effectum deducendi, exactius observandi, consilia conferantur. Depromendi autem opinionem, quivis praesens gaudet facultate — prolequente uno, alii tacebunt, nec in loquentis verba involabunt, — quod pluralitas et Praeses censuerit, id in decisum Consessus transibit, et per Notarium Districtualem scrutinio Fratrum<sup>1)</sup> eligendum praenotabitur.

b) Dum Parochus seu vitia moralia extirpare, seu inobedientiam aut socordiam *Cantorum, docentium, subdoc., sacristarum* et aliorum Ecclae servitorum nec repetita cohortatione expugnare potest, talem pro fraterna correptione defert VADiacono, et quidem scripto tam substratum querelae, quam motiva et fundamenta exhauriente; si nec hanc correptionem sequitur emendatio, talis ad novas Parochi preces per VADiaconum offio Dioecesano denunciatur; et isthoc in casibus necessitatis, et sperati boni effectus, discolorum talis modi servum Ecclae in Congregatione Distr. porro examinandum, aut pro re nata corripiendum, corrigendumque disponet; dispositionem autem hanc Congregatio Districtualis exequetur.

c) . . . . .<sup>2)</sup>

d) . . . . .<sup>3)</sup>

e) In Congregatione Vernali publicantur *Theses* a parte officii

<sup>1)</sup> A kerületi jegyzőt jelenleg az egyhm. hatóság nevezi ki. L. a köv. pontot.

<sup>2)</sup> Ezen pont a házassági pörök tárgyalásáról szól. Nincs már gyakorlatban.

<sup>3)</sup> A betérjesztett predikációk felülvizsgálata, melyet a d) pont elrendel, szintén nincs már gyakorlatban.

pro resolutione ad Dioecesim dimissae et singulo eo solum sensu diruderabuntur: ut sciatur in globo, pro uniformitate tenenda quid ad singulam thesim in partes dismembrandam respondendum sit. In Congregatione autem authumnali singulus qui 50 annos vitae nondum excessit, in chartam munde et legibiliter deducta responsa ad mensam consessus deponet, e quibus Praeses ad singulam quastionem e distinctis deductionibus responsum publice legi faciet, ut pro re nata factis per praesentes reflexionibus quivis adhuc responsa sua corrigere et denuo purisata usque finem Novembris Praesidi — tunc ad Cancellariam dioecesanam transponenda — praesentare possit.<sup>1)</sup>

f) *Ex ordine proponent Parochi praenotationes suas* seu universim curam animarum, seu specialiter suos fideles respicientes, — projectabunt et consultabunt, qualiter in Clero perfectio sacerdotalis tam in scientiis sacris, quam virtutibus adaugenda foret — num v. g. non essent pro communi usu libri procurandi? revehenda tanto quondam cum fructu frequentata et nunc summis laudibus celebrata annua sacra Exercitia? num non essent aliqui pii libri pro domestica lectione fidelibus consignandi? etc.

g) . . . . .<sup>2)</sup>

h) Pro coronide integrum erit VADiacono inter charitatis lachrymas *alloqui de nomine Fratrem*, quem pro dedecore status et offensione populi continuative agere, nec privatim monitum resipuisse, pro certo sciverit. Sed absit hinc longissime omnis amaritudo, acerbitas, fusior delicti adumbratio — dicantur paucis multa, cum discretione et evidente compassione.

i) Denique praesidi integrum erit, etiam coram congregatis Fratribus *Libros Matriculares-Protocolla — Diaria Fisci Ecclae* et ipsam quoque Cassam inspicere, et praesentibus inspicienda exhibere, ut concepta aemulatione, ubique praeattacta nitide ducantur, e ordinae curentur.

Cum conclusione Sessionis in genua provoluti, praeorante Praeside: Confirma hoc Deus etc. gratiarum actionem persolvent.

Post Consessum sequiter prandium sancto Congregationis fini correspondens vere frugale et nullatenus comessionem redolens. Hoc in genere imprimis Filii dilectissimi! de mensis vestris remove, quod consessibus ex tam piis finibus asservandis vel remotius, aut improprie Conviviorum nomen posset tribuere. Ne horsum degenerandi Congregationes aliquod subeant periculum, sub gravissima reflexione nostra prohibemus aliquem ad prandium pro conviva advocare, praestolabimur potius, ut haec sit dies spiritualis magis ac corporalis refectionis, qua exclusis e consortio quibusvis etiam domesticis laicis, sacerdotes soli spiritualibus colloquiis, decurrente quoque prandio ad satietatem usque recreentur. — Finito prandio

<sup>1)</sup> A koronai tételek kidolgozásának benyújtása ma már nem egészen így történik. L. u. e. Fej. X. részét.

<sup>2)</sup> A plebániákban található vegyes házasságok megbeszélését s az azokról készített jelentések beterjesztését írja elő e pont. Nincs már gyakorlatban.



actis Deo gratiis nullus in loco Congregationis manere, ne quo casu horae pomeridianae et vespertinae in distractiones degenerent, praesumat, sed singuli ad gregem suum redire festinent et relate ad ea, quae in consessu acta sunt, strictam taciturnitatem observent, nec talia, quae scire ad alios non pertinent, propalent, sed unice in suos usus convertant, et salutaria consilia sequantur.

Notarius Distr. ex ordine quemlibet actum Congregationis et singula puncta proposita praenotabit, ac in forma protocolli — iuxta advolutum sub % exemplar subsequis diebus deducet. Deductionem authenticabit — et vel ipse purisabit — vel e dispositione Praesidis per capellanos aut juniores in Districtu existentes purisari curabit, tum demum tres eadem Personae, quae protocollum authenticarunt, illud etiam subscribent, et ex offio VADiaconali ad Cancellariam dioecesanam summum intra unius mensis ab asservata sessione decursum promovebitur.

Habebit etiam quilibet Districtus Librum protocollarem, in quem inscribentur Deductiones Congregationum — item omnes functiones VADiaconorum intra Districtum praesusceptae v. g. Installationes, vel Sepulturae Parochorum — benedictiones Ecclesiarum — statuarum etc.

Atque haec est Fratres et Filii dilectissimi! celebrandarum Congregationum Distr. norma, quam in omnibus Districtibus exacte observandam auctoritate, quam dedit nobis Dominus, praecipimus et mandamus . . .

Studete itaque Filii dilectissimi, ut collationum harum pietas, gravitas, et decencia populo reverentiam inspiret; adeoque cavete — ne hoc zeli pastoralis scientiae sanctorum, et fraternae charitatis commercium in inutile, et clamorosum degeneret conventiculum. Sint concursus hi conspicuum vehiculum, quo renovati spiritu mentis vestrae, ipsi viva Biblia, et apertus facileque intelligibilis liber, cunctis, qui vos audiunt et vident efficiamini . . . <sup>1)</sup>

#### 4. A kerületi jegyzőket az egyhm. hatóság nevezi ki.

(1894. évi 3011. sz. püsp. határozmány. Circ. XV. 85.)

Notariorum districtualium institutum gravitate nunquam quidem caruit, cum adusque quoque notarii districtuales aliquando vice fungerentur VADiaconorum cum horum auctoritate et responsabilitate; abinde tamen, quo nova norma administrandi ecclesiarum et piarum foundationum sacri peculii vigorem induit prout VADiaconorum crevit auctoritas, ita etiam muneri notariorum districtualium nova gravitatis accessio facta est.

Huic vero gravitatis augmento parum congruam experientia evicit praxim, vi cuius notarii electione condistrictualium fratrum

<sup>1)</sup> Klimó püspök 1762. május 1-én kelt pásztorlevele szerint minden hónapban kellett kerületi tanácskozmányt tartani. Király püspök 1808. évi székfoglaló pastoralisa úgy intézkedik, hogy minden félévben tartassék.

muneri notariali praeficerentur, robore e tacito solum Ordinariatus consensu accedente; enimvero experientia teste crebra in persona notariorum districtualium in singulis districtibus mutatio munus notariale arenam quasi assiduam effecit virium novarum exercitandarum, expoliendarum, ex arena tamen cito recessurarum, dum ex-cultae expediendis districtualibus negotiis plurimum valuissent.

Igitur ut stabilitate in personis notariorum consulendo eorundem in rebus gerendis dexteritati quoque magis prospiceretur, maiorque huius muneris esset existimatio, notarios districtuales in coronis eligendi praxim adusque usitatam e medio tollere decrevit, sublatam-que declaro; notarios actu fungentes in isthoc munere confirmatos enuntio ab hoc munere nonnisi de consensu ordinariatus relevandos; amodo autem sicubi notariorum instaurandorum necessitas sive resignationis, sive mortis, sive translationis causa enata fuerit, eosdem auctoritate Ordinariatus per denominationem muneris notariali praeficiendos decerno.

Quosuper hisce pro directivo statu notitae honorabiles districtus edoceo.

### III. Plebános.

#### 1. A plébános kötelelességei. Plébános és káplán kölcsönös viszonya. a) (Egyhm. zsinat. Tit. V. §. 3.)

Cum Presbyteris, qui parochialibus Ecclesiis praesunt, cura animarum in iis credita sit, de iisque rationem coram Deo reddituri sint: hoc ipso ad procurandam earum salutem indefesso conatu adlaborare debent. Quare

1-o. Officium eorum est: personaliter in Parochia residere, ut cuivis suorum, et quovis tempore prompte adesse possint. Nullus igitur Parochus, vel Administrator, vel una die et nocte Parochia egrediatur, quin alium Sacerdotem approbatum constituat, aut saltem designet, ad quem in vicinia in necessitate recurrere debeant. Qui per sex dies infra hebdomadam abscedere optat,<sup>1)</sup> de eo Vice-Archidiaconum certiozem reddat, simulque indicet, cui commiserit curam parochiae. Si per octiduum (inclusis diebus abitus et reditus) abesse cogitur ob graves causas, ab Ordinariatu licentiam obtineat.

2-o. Quemadmodum paterfamilias liberis suis, ita et Parochus ovibus suis invigilare debet; unumquemque enim animarum pastorem Deus dedit tamquam speculatorem domui Izrael. Vigilantia se extendat ad omnes sibi creditos, sit constans, et assidua, eoque directa, ut singulis abusibus, et scandalis resecandis, efficacia adhibeat remedia, pericula quaevis, quibus fides et mores destruuntur, removeat.

3-o. Omnes Parochi et Parochiarum Administratores tenentur bis per annum, in vere et autumnus, ad Districtuales Congregationes venire, et in negotia ibidem pertractanda, juxta praescriptum Dioe-

<sup>1)</sup> Hogy 6 napnál rövidebb ideig tartó eltávozáshoz kell-e esperesi engedély, arról nincs egyházmegyei szabály. Az esztergomi tartom. zsinat határozománya szerint (l. a köv. b. pont 9. száma alatt) 3 napon túl már kell.

cesanorum Ordinum, suam operam conferre: eo fine enim Pastorales hae Conferentiae instituuntur, ut Sacerdotes se invicem in scientiis necessariis adjuvent, Statuta Dioecésana intimius cognoscant, et adimpleant, ac pretiosa illa animorum unione jungantur, quam tanto-pere a Christo commendatam in Evangelio legimus; cumque earum celebrationem Sacra quoque Sedes Apostolica exigat et postulet: patet utique non esse in arbitrio cujusquam constitutum, an Conferentiis his interesse velit, vel non? sed esse de praecepto eis intervenire, neminemque se illis subducere posse, nisi legitimo detentus sit impedimento. Quapropter haec Synodus isthoc officium ab unoquoque Pastore stricte exigit, ita, ut in casu subversantis realis impedimenti, quilibet de hoc per Litteras excusatorias Vice-Archi-Diaconum certiorare obstrictus sit, qui dein rem totam ad Ordinarium referet. Qui autem absque legitima causa a Conferentiis his Pastoralibus se absentaverit, poenae condignae subjicietur.

4-o. Relationes Periodicas, juxta normam dto. 28-ae Januarii 1858. Nro 270.<sup>1)</sup> praescriptam, et tempore in Directorio notato, accurate praeparant, et officio V.A.Diaconali submittant, neque expectent, donec a Vice-Archi-Diacono eatenus moneri, et provocari debeant.

5-o. Parochi Cooperatores suos considerare debent, ut viros Sacerdotio Christi insignitos, idcirco cum bonitate, mansuetudine, et benevolentia debent eos tractare, velut socios in labore, sicque omnia disponere, ut neuter eorum graviori onere prematur, et tamen omnia munia suo tempore adimpleantur. Vigeat inter eos maxime pacis studium, et charitatis perfectio, sint sibi mutuo aedificationi, auxilio, et honori.

6-o. Cum tamen Parochus sit stricti nominis Pastor, et Curatus suarum ovium, ipsique incumbat onus responsionis de salute earum: idcirco Cooperator in iis, quae ad munus pastorale, et ejus jura pertinent, propria auctoritate nihil suscipere potest, sed quoad haec dispositionibus Parochi subjacet.

7-o. Cum praecipue neopresbyteris ad curam animarum dispositis, ea quae in Seminario audiverunt, haud sufficiant, sed illi eorum directione egeant, qui per experientiam maturitatem assecuti sunt, et quorum curae committuntur: eapropter Parochi benevole eos mandeducere, et quoad muneri sui partes recte, et fructuose implendas informare, unaque congruam eis mercedem, seu honorarium, pro Dioecesi hac sub dto 29-ae Nov. 1855. et Nro <sup>2038</sup>/<sub>1855</sub>. defixum, convenientem victum, habitationem, servitium, lumen, calefactionem, et lotionem praestare obligantur.

8-o. Relate ad stipendia Missarum statuimus: ut dum Cooperator loco Parochi Sacrum celebrat, quod intuitu beneficii, seu sustentationis Parochi fundatum est, si de hoc sufficienter constet, Cooperator nihil ultra consuetum stipendium Missae, seu cantatae, seu lectae, exigere potest. Idem etiam quoad alia Sacra fundata, et exequialia utriusque generis locum habet. Demum si Cooperator loco

<sup>1)</sup> L. 2. 1.

Parochi pro populo celebrat Missam, accipiat ab eo congruam remunerationem.<sup>1)</sup>

Quibus diebus festis, jam abrogatis, praeter alios dominicos et festos dies, Parochus celebrare pro populo suo debeat, in Appendice sub Nro. III. subjicitur.<sup>2)</sup>

9-o. Providere cupientes, ut cuique suum tribuatur, omneque detrimentum a singulo avertatur, sicque qui uno pane coelesti satiantur, sint in caritate quoque fraterna concordēs: subjicimus in Appendice Statutum, juxta quod divisio proventuum beneficialium, inter Antecessorem et Successorem, nec non pro tempore constitutum Administratorem, fieri debeat. (Vide Nrum IV.)<sup>3)</sup>

*b) (Eszterg. tartom. zsinat. Tit. V. §. 6.)*

1. Expedit maxime animarum saluti a dignis atque idoneis Parochis gubernari;<sup>4)</sup> quapropter eo committendum est, ut de moribus et sufficientia eorum, quibus vacantia Beneficia conferenda erunt, locorum Ordinarii certam sibi procurent cognitionem. Hunc in finem Sacra Synodus Tridentina in Synodis dioecesanis per Episcopos vel eorum vicarios proponi praecepit ad minus sex Examinatores, qui Synodo satisfaciant, et ab illa probentur, coram quibus examen subire debeant omnes, qui vacans Beneficium parochiale obtinere cupiunt. Huic salutari Decreto Concilii Tridentini optaremus quidem ad litteram respondere: quia tamen extensio Dioecesium, et distantia locorum haud admittit, ut quoties parochiale Beneficium vacare contigerit, toties ad illud adspirantes in loco Examinatorum se sistant: ideo curabimus, ut norma apud nos provisorie vicens per Sacram Sedem adprobetur.

2. Professio fidei, et iuramentum de obedientia Ordinario praestanda ante Institutionem authorisabilem (investituram dictam) intra Missam in manus Episcopi aut eius Vicarii erit nuncupandum. Institutionem authorisabilem intra duos menses sequatur institutio realis (etiam installatio vocata), quae ordinarie per Archidiaconum aut Vice-Archidiaconum peragenda erit, quae in eo consistat, ut populo parochiali, ad publica divina collecto, cum brevi allocutione novus parochus praesentetur, Decretum Episcopale publicetur, ipse Curatus solemnem fidei professionem faciat, praesentes vero fideles ad obediendum voci pastoris commoneantur, temporalia denique beneficii iuxta authenticum inventarium novo Parocho solemniter resignentur.

3. Verbis Sancti Concilii Tridentini hortamur omnes, ut quicumque parochiales, vel alias curam animarum habentes Ecclesias

1) E rendelkezés a kézi misék elvégzéséről szóló „Ut debita“ decretum után is követhető. A decretumot l. Circ. 1904. XI. 131.

2) L. IV. Fej. IV. 4. e.)

3) L. VI. Fej. V.

4) Trid. Sess. 24. cap. 18. de Reform.

quocunque modo obtinent, vel per se, vel per alios idoneos, si legitime impediti fuerint, diebus saltem dominicis et festis solemnibus plebes sibi commissas pro sua et earum capacitate pascant salutaribus verbis, docendo ea, quae scire omnibus necessarium est ad salutem, annunciandoque eis cum brevitatem et facilitatem sermonis vitia, quae eos declinare, et virtutes, quas sectari oporteat, ut poenam aeternam evadere, et coelestem gloriam consequi valeant.<sup>1)</sup> Ad officium quoque institutionis pertinet, ut statis temporibus, ex iis, quae in Missa leguntur, aliquid exponatur, atque inter caetera sanctissimi huius Sacrificii Mysterium declaretur.<sup>2)</sup> Tempore autem ieiuniorum, Quadragesimae, et Adventus Domini Sacras scripturas, divinamque legem annuncient.<sup>3)</sup>

Haec Sacrosancti Concilii Tridentini Decreta prae oculis habentes:

a) Praecipimus, ut sacer argumenti praeferenter dogmatici sermo ad fidelem populum omnibus dominicis diebus et festis habeatur, una reprobantes et extirpantes omnes contra hanc legem invalescentes abusus, quibus factum est, ut quidam Curatores animarum tempore aestivo ab annunciando verbo Dei per plures septimanas penitus respirarent.

b) Omnibus feriis Quadragesimae vernacula lingua eae Sacrae Scripturae partes praelegantur populo, quae in Missa feriae currentis continentur.

c) Sacerdotes, imprimis iuniores, paterne alloquimur et hortamur, ut sermones suos solerter elaborent, bene memoriae imprimant, et cum modesta svavique gravitate proponant, scripta sua in scrinium reponant, et ubi iussi fuerint, eadem Ordinario, aut Vice-Archidiacono exhibeant. Alioquin advertere possunt Sacram Institutionem a pluribus fastidiri, qui omni modo excitandi erunt, ut libenter audiant verba vitae aeternae.

4. Institutioni catecheticae tum in schola bis adminus in hebdomada, tum in Ecclesia diebus Domini et festis solerter vacent,<sup>4)</sup> utentes Catechismo, quem Ordinarius designavit, unaque diligenter exponentes ss. ritus et caeremonies Ecclesiae. Ad hanc catechetica in Ecclesia institutionem eos etiam cogant iuvenes qui scholas dominicales aut repetitionales frequentant, nisi pro eis proprius Religionis Magister constitutus habeatur. Ut pecorum quoque pastores, et alii fideles, qui secus per annum verbum DEI audire non possunt, debitam in fide, regulisque morum suscipiant institutionem: Parochi mensibus saltem hyemalibus ad locum decentem collectos paterne instruant, et adhortentur. Servilium denique sexus imprimis sequioris personarum sollicitam curam habeant, ut festis et dominicis diebus, opportunis post meridiem horis pro institutione religiosa percipienda congregentur, id quod in maioribus locis, religiosarum Congregationum adminiculo, aut per pia sodalitia commodius procurabitur.

1) Sess. 5. cap. 2. de Reform.

2) Sess. 22. cap. 8.

3) Sess. 24. cap. 4. de Reform.

4) Trid. Sess. 24. cap. 4. de Reform.

5. Adorandum Missae Sacrificium diebus dominicis et festis, etiam abolitis, offerant pro suo populo;<sup>1)</sup> nec ullum stipendium propterea acceptare audeant. Alias autem in septimana tam frequenter celebrent, ut suo muneri satisfaciant.<sup>2)</sup> Missarum denique, quas iuxta mentem suorum fundatorum statis temporibus persolvere debent, elenchum habeant, et eundem, ut officii sui quasi moneantur, in Sacristia, ubi sacra facturi se induere solent, appensum teneant.

6. Sacramenta reliqua et Sacramentalia debita cum pietate et reverentia, rochetto et stola ornati, administrent caveantque, ne eorum culpa aut parvulus sine Baptismo, aut adultus sine moribundorum Sacramentis moriatur. Quotiescunque Venerabile Sacramentum in processione circumferendum, vel sub devotione quadam extra Missarum solemnia exponendum est, super rochetum et stolam sument pluviale; eapropter omnis Ecclesia vestimento hoc provisum sit, oportet.

7. Pauperum, aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerant,<sup>3)</sup> iisque qua consilio, qua intercessione, et in quantum per facultates licuerit, etiam eleemosyna adesse festinent. Infirmos quoque frequentius visitent et consolentur.

8. Iugiter recolant verba Apostoli: „Exemplum esto fidelium in verbo, in conversatione, in charitate, in fide, in castitate“<sup>4)</sup> deinde „Sectare iustitiam, pietatem, charitatem, patientiam, mansuetudinem“<sup>5)</sup> observentque ea omnia, quae haec ipsa Synodus Provincialis de vita et honestate Clericorum alibi proponit.

9. Sacri muneris pastoralis ratio exigit, ut Curatores animarum legem Tridentinam de residendo<sup>6)</sup> exacta observent; nec enim populum suum verbi divini praedicatione, Sacramentorum administratione, bonorumque omnium operum exemplo pascere, aut pauperum et orphanorum curam gerere poterunt, qui, ut Concilium Tridentinum ibidem observat, gregi suo non invigilant, neque assistunt, sed mercenariorum more deserunt. Non ultra tres dies a loco residentiae absint sine obtenta licentia a Vice-Archidiacono: si vero ultra integram septimanam abesse deberent, scripto exaratum ab Ordinario habeant indultum. Quodcumque autem eos abesse contigerit, quod tamen praecipuis per annum festis districte prohibemus, Sacerdotem idoneum, et quidem si tempus absentiae ultra septimanam duret, ab Episcopo adprobandum, relinquunt, qui ipsorum vices solerter obeat. In reliquo autem Decreta Concilii de residendo Actis huius Concilii adnecti mandamus, quae ut Curatores frequentius perlegant, impensius commendamus.

1) Sess. 23. cap. 1. et 14. de Reform.

2) Sess. 23. cap. 14. de Reform.

3) Trid. Sess. 23. cap. 1. de Reform.

4) I. Tim. 4, 12.

5) I. Tim. 6, 11.

6) Sess. 23. cap. 1. de Reform.

10. Dispositiones tum ecclesiasticas, tum civiles, quae ad Curatores animarum a legitima potestate mittuntur, solerter observent, et protocollis inferant; et si typis mandatae divulgentur, concluso anno in unum ligari faciant.

11. Consuetas Baptizatorum, Copulatorum et Defunctorum Matricas nitide et diligenter scribant, in eas absque Ordinariatus assensu nullas correcturas, mutationes inferant. Item libros piarum foundationum, inventaria rerum ad Ecclesiam et beneficium pertinentium, et annales ceu historiam parochiae, nec non exactam fidelium conscriptionem habeant.

12. Rei testamentariae Curatores animarum nonnisi cum per Testatorem, aut eius Cognatos palam provocantur, nec alias, quam coram testibus se immisceant; sedulo vitent vel suspicionem avaritiae in suscipiendis, ut dici amat, manualibus; caveant denique fideiussionem praestare pro debitis sive cognatorum, sive aliorum.

13. Hortamur Parochos, ut Sacerdotes subsidiarios, Cooperatores vel Capellanos dictos, ab Ordinario missos, fraterna suscipiant, et foveant charitate, eos muneris partes edoceant, in necessitatibus adiuvent, neque patiantur, ut extra aedes parochiales seu resideant, seu victum habeant. Cooperatores autem Parochos suos reverentur, debitamque iisdem praestent obedientiam, et sic utrinque facto comprobetur bonum esse et iucundum habitare fratres in unum. Utinam etiam uno ore honorificarent Dominum, simultanee Officium divinum, adminus dum opportunum est, persolverent. Bone DEUS, quantam semet reciproce aedificarent, et quantae efficaciae praeberent exemplum familiae domesticae, et omnibus parochiae fidelibus! „Inflamma Domine ad Te tuorum corda servorum! Tu enim dixisti.“ Ubi duo sunt congregati in nomine meo, ibi sum ego in medio eorum!

*c) Klimó püspök 1775. szept. 17.-én kelt pásztorlevele.*

Parochos... et Administratores, qui Cooperatores sibi Autoritate Nostra adjunctos habent, monemus adtente, ne onus Parochiale suis impositum humeris in cooperatores rejiciant, nosse enim debent: hos in adiutorium tantum sibi esse concessos, et valde inhumanum futurum esse, cum ipsi pondus diei et aestus ferant et oves pascant, atque custodiant, illi nullo negotio lanae proventu et et pingvedine lactis perfruantur. Quin potius eosdem tamquam teneriores et adhuc laborum rudes in vinea Domini operarios pededentim jugo, cui portando ipsi iam asveti sunt, accomodent, et a facilio-ribus exercitiis ad difficiliora tamquam per gradus deducant, ne statim initio immensi ponderis gravitate perterreantur. Hos charitate non ficta diligant ut fratres non affectu modo, verum etiam opere, non tractent illiberaliter, neque dura, veluti dominantes in Clero, opprimant servitute. Si Missam de Requiem, aliamve, cui largius respondet stipendium, a Cooperatore celebrati contingat, sciant nefas esse, consuetum huic stipendium, eo quod redundat, sibi retento, tribuere, alioqui in damnatum ab Alexandro VII. errorem incurrant. Divinum officium Dominicis et Festis de praecepto diebus in Matrice Ecclesia per se ipsos, aut ubi majorem populi sui concur-

sum esse acciderit, hora a Nobis tempore Visitationis Canonicae statuta persolvant. Et neque ultra meridiem non obstante quacunque poenitentium interveniente copia protrahant, Catecheses infantum ac adultorum Ludimagistris ne committant, sed per se et Cooperatorem singulis diebus Dominicis ac Festis diligenter obeant. Ita denique se gerant, ut quemadmodum gregi vivendi, ita Cooperatori Suo etiam regendi forma facti esse videantur.

Cooperatores, Parochos, atque Administratores, quibus in subsidium missi sunt, venerentur, observent, et colant ut Patres ac Magistros, his obedientiam exhibeant, neque unquam sine eorum scitu domo discedant, locum etiam, quorsum ituri sunt, significant, ut si necessitas exigat, revocari ad animarum servitium facile possint. Foris ultra occasum solis ne morentur, neque unquam, nisi indispensabili animarum necessitate extra Parochialem domum noctem agant. Sermones ad populum habendos ex Sacris Literis, Ecclesiasticis precibus in Romano Missali contentis; SS. Patrum homiliis, quas Breviarium Romanum suppeditat, ductu potissimum Catechismi Romani invocata Divini Spiritus gratia diligenter ordinate, cum perspicuitate, et facilitate sermonis concinnare studeant, et singulos priusquam pronuncient Parochis aut administratoribus scripto exhibeant, atque ex eorum iudicio emendent.<sup>1)</sup> Cum saecularibus ac praesertim domestica familia familiaritatem non foveant, minimum vero rusticorum conventiculis, a quibus raro abest compositio, intersint. Parochi honorem tueri, ubique ejus obtrectatoribus non praebere aures, imo eundem de periculo, si quod ipsi inde immineat, monere, si errantem videat, obsaecrare ut Patrem, minime vero factiones adversus illum fovere meminerint. Si pro juvenilis aetatis levitate in vestitu saeculariter compti ac nitidi apparere solent, id ipsum corrigere studeant, atque a talari ac pallio serico, vestibus item internis, sed quae videri possint, colori rubeo proximis, et usu brevium vestium commoditatis causa adhibendo penitus abstinendum esse sibi intelligant.<sup>2)</sup>

## 2. Az investitura okmányért fizetendő illeték.

(1837. évi 1078. sz. püsp. rend.)

### Pro Decretis Investiturarum

1. Canonici Actuales quadraginta flnos M. C., Honorarii viginti flnos M. C.

2. Parochi primae classis quindecim flnos M. C., secundae classis decem, et tertiae classis quinque fl. M. C. solvent . . . . .  
VADiaconi Investiturae Decretum gratuito percipient.<sup>3)</sup>

<sup>1)</sup> Nincs már gyakorlatban.

<sup>2)</sup> Egy 1810. nov. 25-én kelt ált. helynöki körlevél újból közzétette e rendelkezést.

<sup>3)</sup> A plebánosok ma már nem ezen osztályozás szerint fizetnek illetéket, hanem régi jogszokás alapján a kongrua jövedelemnek legalább 10%-át. Ugyancsak régi gyakorlat alapján az esperesek is fizetnek, és pedig legalább 40 k-t.



### 3. Plebánia-javadalmat kérő folyamodványok az egyhm. hatóság utján küldendők a kegyurhoz.

(1898. évi 1047. sz. püsp. rend Circ. IV. 19.)

Etsi patronorum in jure canonico fundata privilegia praesentandi pro beneficiis vacantibus intacta relinqui cupiam, tamen ne personae praesentandae fors defectu quodam canonico laboranti institutionem denegare cogar, praesentibus ordino: imposterum quocumque in Mea Dioecesi beneficio vacaturo, etsi patronato, concursus publicus indicetur et competituri omnes, etiam pro beneficiis juri patronatus, sive laicali sive ecclesiaetico obnoxiiis, sciant, recursus suos patrono inscriptos ad Cancellariam Eppalem esse mittendos.

### 4. Plebánia-javadalom keresése.

(Egyhm. zsinat. Tit. V. §. 4. Nr. 10.)

. . . Hortamur demum, et per viscera misericordiae Dei obsecramus cunctos, ne nimia aviditate consequendorum beneficiorum abrepti, illa indignis, vetitis, et per Ecclesiam damnatis mediis acquirere studeant, ne iram Dei in se provocent, in censurasque gravissimas incurrant. Summopere caveant idcirco, ne ejusmodi pestilentia inficiantur, Ecclesiae inferant opprobrium, animae suae exitium, Superioribus luctum et dolorem.

## IV. Káplán.

### 1. A káplánok kötelességei.

(Egyházm. zsinat Tit. V. §. 4. Nr. 1 7.)

1-o. Cooperatores meminerint se inferiores esse Parochis, et eorum tantum adjutores in vinea Domini, quibus proinde reverentiam, et obedientiam debent: idcirco sine illorum scitu, et assensu nihil novi alicujus momenti introducere audeant, promptos et alacres se exhibeant ad creditas sibi functiones sacras perficiendas, caveant omnem murmurationem, inurbanitatem, mores incultos, et oppositiones, a nimio sui amore provenientes.

2-o. Nunquam pro integra, vel notabiliore diei parte, sine Parochi consensu e Parochia abeant, et dum intra Parochiam etiam ad tempus exeunt semper domi domesticis, quo se conferant, indicent, ut si repente ad administrandum aliquod sacramentum vocentur, statim revocari possint.

3-o. Nunquam de regimine Parochi coram parochianis disserant, vel conquerentur, neve de defectibus ejus loquantur coram iis, quorum nihil interest. Nimiam familiaritatem cum parochianis devitent, nec absque necessitate domos adeant, illorum praesertim, qui sese Parocho infensos ostendunt, aut ut tales ab illo designantur. Eos autem, qui coram se in Parochum invehuntur, corrigant, omniumque reverentiam, et fiduciam ei conciliare semper studeant. „

4-o. Ordinem domesticum a Parocho constitutum punctualiter observent; ubi enim propter causas tantummodo privatas, minimeque urgentes, et absque parochi venia, hora competenti non comparuerint, mensam consuetam, servitiaque pretendere haud possint; in officiosis functionibus retardatis Parochus congrue prospicere tenetur.

5-o. Rei familiari domesticae se non ingerant, et praetensiones injustas non forment, famulos et ancillas non despiciant quidem, et insectentur, at vero omnem etiam familiaritatem cum iis devitent.

6-o. In parochiis, in quibus duo vel plures Cooperatores sunt, studeant se invicem ad perfectionem et sanctificationem excitare, concordiam servare, alter alterius onera portare, invicem honorare, et obsequiis praevenire, in omnibus ad salutem animarum spectantibus idem sentire, et velle in Domino, functionesque sacras inter se, consulto et dirigente Parocho, ad fidelium majorem utilitatem ex aequo et bono dividere.

7-o. Si contingeret, quod absit, ut quis Cooperator jure merito censeret se plus aequo a Parocho gravari, statuimus: ut in ejusmodi casu propter bonum pacis interim Parochi dispositioni se submittat, et obtemperet, donec res aut Vice-Archi-Diacono, aut Ordinario fuerit proposita, et decisa.

## 2. Káplánok kiszállása a fiókközségbe.

(1906. évi 4254. sz. püsp. rend. Circ. XVII. 131.)

Relatum est Nobis nonnullos cooperatorum existimantes se praeter dies Domini et festa in Vis. canonica recensita non teneri ad excurrendum in ecclesias filiales celebrandi causa, quoties a fidelibus ad celebrandum in ecclesiis filialibus invitentur, praeter stipendium in statutis Symodi diocesanae aut in visitatione Canonica stabilitum diurni honorarii instar remunerationem specialem postulare. Opinio haec est prorsus erronea et ideo tollenda. Fideles enim Ecclesiarum filialium concurrunt ad sustentationem cooperatorum non solum praestationibus parocho solutis, sed etiam salarium Eorendum annum ex parte vel integre solvendo, quapropter prout pro sepulturis etc. praeter stolam fixam in Ecclesiis filialibus requirere nihil licet, pariter pro Sacro ibidem celebrato praeter stipendium ordinarium honorarii diurni instar aliquid exigere prohibitum esse renuntiamus. Insuper hortamur omnes et singulos honorabiles cooperatorum, ut in quantum officia alia eosdem non impediunt, libenter excurrant celebrandi causa in ecclesias filiales et occupentur cum fidelibus Ecclesiarum filialium, servent his vicibus catechesim, si secus currus non praestaretur. Sint tamen continuo memores se adjuutores tantum esse R. D. Parochorum in vinea Domini atque idcirco sine illorum scitu et consensu nihil *novi* introducere audeant.

## V. Szerzetesek.

### 1. A szerzetesek kötelességei.

(Egyhm. zsinat. Tit. V. §. 5.)

Religiosos Ordines ab antiquissimo tempore praestantissima subsidia Ecclesiae Catholicae praestitisse, indubium est: praedicatione verbi divini Ecclesiam dilatarunt, contra adversarios invicte defenderunt, doctrina sua illustrarunt, sudore et sanguine sua irrigarunt, speciatim in Hungaria sub occupatione et jugo Turcarum vix non soli exclusive Religionem Catholicam conservarunt. Similia praestantia subsidia, et plura alia, etiam nunc ei praestare possunt, tum praebendo omnium virtutum exempla, et pro salute mundi preces effundendo, tum suscipiendo, et exequendo omnis generis opera, quae vel ad misericordiae, et charitatis exercitium pertinent, vel ad gloriam Dei, zelum animarum, et scientiarum cultum conducunt. Quapropter hortamur omnes, qui intra ambitum Dioecesis Nostrae degunt, ut se semper Nobis in agro Domini excolendo pios auxiliatores, et strenuos cooperatores exhibeant, atque arcetissimo concordiae, et charitatis foedere saeculari Clero conjuncti nihil antiquius habeant, quam in opus ministerii, in aedificationem Corporis Christi, consociatis studiis vires omnes intendere, atque aemulari semper charismata meliora.

Hoc autem tunc solum effective fieri poterit, si ad regulae, quam professi sunt, praescriptum, vitam suam instituerint, et vota paupertatis, castitatis, et obedientiae, ac si quae sunt aliae alicujus Ordinis Constitutiones, conscientiose servaverint; speciatim autem sui ordinis habitum constanter gestaverint, neque ab iis, quae a Joanne Cardinale Scitovszky, Archi-Episcopo Strigoniensi, et Primate Regni Hungariae, qua Visitatore Apostolico, die 5-a Sept. 1854, itém die 19-a Maii 1855, pro Religiosis Provinciae S. Ladislai, et S. Joannis Capistrani; prout et Provinciae Marianae 1854, die 20-a Junii, nec non die 28-a Maii 1854, pro Religiosis Ordinis S. Joannis de Deo praescripta, et decreta sunt, ullo sub colore recesserint.

Sicut vero Parochi, Parochiarumque Administratores, et quotquot sunt de Clero saeculari tenentur Religiosos tamquam manum subsidiariam in excolenda vinea Domini, sincera charitate diligere, et in honore habere, „**Unum quippe corpus et unus Spiritus esse debent, sicuti vocati sunt in una spe vocationis suae.**“ Ephes. IV. 4. Neque idcirco dubitamus, quod animarum Curatores eos seu in itinere, seu in collectione constitutos, ne in diversoriis, aut privatorum domibus morari cogantur, ingravatim et libenter hospitio sint excepturi, omnique benvolentia ac charitate sint prosecuturi: ita vicissim exigimus, ut Religiosi Clerum saecularem honore praeveniant, illius jura vel auctoritatem nullatenus imminuant, et dum exposcente necessitate invitati, ac evocati fuerint ad succursum

Parochis praestandum, prompte et alacriter subsidium hoc in verbi divini praedicatione, et Sacramentorum administratione sint suscepturi, per quod et Deo gratum, et Ecclesiae utile officium sunt praestituri.

## 2. Szerzetesek könyöradomány gyűjtése.

a) (1854. évi 1709. sz. püsp. rend. Circ. Lit. 52.)

Naevos inter, qui regularem Monasteriorum disciplinam hoc tempore depascuntur, haud postremum occupat locum Religiosorum Eleemosynae Collectorum minus probata conversatio, qua fit, ut persaepe non modo pauperum obulus infideliter administretur, sed et maxima in christiano populo scandala patrentur, taliterque saluberrimum et ad Religionem augendam mire proficuum Quaestae institutum in depravationem verget fidelium, opprobriumque ipsius Religionis.

Eminentissimus S. R. E. cardinalis Joannes B. Scitovszky etc. qua Apostolicus Religiosorum ordinum Visitor, malo etiam huic opportunam medelam laturus, constituit: a) ut pro collectione non alii exmittantur, quam probatae fidei perspectaeque moralitatis viri, qui semet in ipso Parochiae cujuslibet aditu concernenti Curato sistere, hospitiumque vel apud illum, vel in domo ab illo assignata sumere teneantur, b) ut singuli collectores litteras compassus a Superiore suo accipiant, quibus dies comparitionis in ambitu alicujus Possessionis, non secus ac dies exitus ex eadem per respectivum Curatum inseratur.

In nexu saluberrimae hujus ad conservandam et restaurandam hoc quoque ex obtutu disciplinam regularem directae constitutionis, sequentia pro stricta observantia duxi intimanda:

1-o. Singuli Curati Religiosos collectores Eleemosynae ad eorum Parochiae ambitum venientes, vel ipsi hospitio excipiant, vel eis apud Ludirectorem aut in alia bene morata domo de hospitio provideant.

2-o. Singuli Curati litteris compassus, quas collectores exhibere teneantur, diem adventus et abitus Collectoris fideliter inserant.

3-o. Si per Collectorem Religiosum aliquot scandalum patrari contingeret, de eodem sine mora ad Ordinariatum referatur. Idem faciendum etiam tunc, si Collector semet apud Curatum insinuare neglexerit aut alio, quam qui per hunc assignatus est, loco hospitatus fuerit.

4-o. In relatione Tabellari, quam V. A. Diaconi de Ecclesiasticis sui Districtus Ordinariatui cum fine mensis Octobris exhibere sveverunt, omnium Collectorum Religiosorum, qui inde a termino postremae relationis intra ambitum Districtus moras egerunt, nomina et conversationis modus fideliter praenotetur.<sup>1)</sup>

<sup>1)</sup> Az egym. zsinat az esperesek évi jelentésének — mely jelenleg novemberben esedékes — pontjai közt ezt nem említé. — A közönséges jognak a szerzetesek adomány-gyűjtésére vonatkozó szabályait tartalmazza — és pedig a férfi szerzeteseket illetőleg a S. C. Neg. Rel. praeposita 1908. dec. 12.-én kelt decretuma Circ. 1910. XVI. 3969/1910. pag. 135. — nőkre vonatkozólag a S. C. Epp. et Reg. 1896. III/27-i decretuma. Ez a körlevelekben nem jelent meg.

b) (1906. évi 2581. sz. püsp. hird. Circ. X. 78.)

Mihez tartás végett értesitem a t. Papságot, hogy a nagymélt. püspöki kar legutóbbi tanácskozmányán kimondott határozathoz képest „szerzetesnők könyöradományt csak akkor gyűjthetnek, ha a) azon háznak megyés püspökétől, melynek számára gyűjtenek, és b) azon főpásztortól, kinek egyházmegyéjében gyűjtenek, engedélyt fölmutatnak.“

## VI. Lelkészi illetmények.

### 1. A plébániák kongrua jövedelme.

(1902. évi 2431. sz. püsp. hird. Circ. IX. 108.)

Közlöm az egyházmegyei tiszt. papsággal a közp. kath. kongrua-bizottság által 1901. évi december havában megállapított és a kongruába beszámítható plebániái tiszta jövedelmek kimutatását:

Abaliget 4549 kor. 36 fill. (4897 kor. 16 fill.)\* — Agárd 4355 kor. 58 fill. (4481 kor. 28 fill.) — Apar 2594 kor. 38 fill. (2835 kor. 66 fill.) — Baán 4296 kor. 99 fill. (4645 kor. 39 fill.) — Baar 1608 kor. 84 fill. (1671 kor. 16 fill.) — Babarcz 3752 kor. 68 fill. (4118 kor. 62 fill.) — Bakonya 3019 kor. 76 fill. (3140 kor. 08 fill.) — Baranyavár 2863 kor. 14 fill. (2690 kor. 84 fill.) — Batina 3034 kor. 02 fill. (3152 kor. 62 fill.) — Bába 4697 kor. 92 fill. (4756 kor. 40 fill.) — Báticasék 6720 kor. 48 fill. (7115 kor. 76 fill.) — Bedegh 2427 kor. 82 fill. (2459 kor. 28 fill.) — Belye 2556 kor. 32 fill. (2788 kor. 92 fill.) Beremend 4886 k. — fill. (5256 kor. 60 fill.) — Berkesd 4033 kor. 08 fill. (4255 kor. 76 fill.) — Bicsérd 4329 kor. 30 fill. (4457 kor. 34 fill.) — Bikal 1542 kor. 96 fill. (1596 kor. 38 fill.) — Bodony 3986 kor. 12 fill. (4337 kor. 74 fill.) — Bogdása 3362 kor. 94 fill. (4017 kor. 14 fill.) — Bonyhád 3093 kor. 90 fill. (3457 kor. 78 fill.) — Bozsok 3627 kor. — fill. (3893 kor. 50 fill.) — Bölcse 2448 kor. 50 fill. (2532 kor. 78 fill.) — Bükösd 2771 kor. 76 fill. (2630 kor. 98 fill.) — Czikó 3327 kor. 32 fill. (3583 kor. 22 fill.) — Darázs 4283 kor. 84 fill. (4714 kor. 74 fill.) — Dályok 4288 kor. 08 fill. (4435 kor. 52 fill.) — Dárda 2695 kor. 50 fill. (2929 kor. 66 fill.) — Diós-Berény 2475 kor. 16 fill. (2556 kor. 18 fill.) — Dombóvár 4394 kor. 42 fill. (4779 kor. 52 fill.) — Döbrököz 3850 kor. 66 fill. (4077 kor. 14 fill.) — Dráva-Szt.-Márton 2240 kor. 58 fill. (2407 kor. 30 fill.) — Duna-Földvár 6850 kor. 56 fill. (7757 kor. 08 fill.) — Duna-Szekcső 4684 kor. 76 fill. (5280 kor. 36 fill.) — Egerágh 6180 kor. 34 fill. (6857 kor. 94 fill.) — Értény 3269 kor. 60 fill. (3365 kor. 10 fill.) — Fadd 4042 kor. 36 fill. (4338 kor. 96 fill.) — Feked 1431 kor. 78 fill. (1652 kor. 40 fill.) — Felső-Iregh 4686 kor. 28 fill. (4778 kor. 59 fill.) — Felső-Mindszent 5082 kor. 10 fill. (5656 kor. 98 fill.) — Felső-Nyék 2461 kor. 96 fill. (2527 kor. 76 fill.) — Garé 2544 kor. 85 fill. (2744 kor. 06 fill.) — Gödre 2534 kor. 59 fill. (2997 kor. 60 fill.) — Göresöny 5494 kor. 52 fill. (6144 kor. 86 fill.) — Grábócz 3119 kor.

\* A zárójel közt levő számok az 1897. évben közölt jövedelmet jelzik.

44 fill. (2999 kor. 12 fill.) — Gyula-Jováncza 3439 kor. 18 fill. (3677 kor. 56 fill.) — Harez 1645 kor. 80 fill. (1728 kor. 40 fill.) — Herczeg-Szöllös 3206 kor. 02 fill. (3502 kor. 22 fill.) — Hetvehely 2552 kor. 68 fill. (2808 kor. 26 fill.) — Himesház 3020 kor. 44 fill. (3328 kor. 02 fill.) — Hird 3448 kor. 84 fill. (3483 kor. 90 fill.) — Hosszu-Hetény 3987 kor. 30 fill. (4216 kor. 88 fill.) — Högyész 3248 kor. 56 fill. (3735 kor. 08 fill.) — Ibafa 1710 kor. 35 fill. (1710 kor. 35 fill.) — Izsép 4233 kor. 06 fill. — (4400 kor. 86 fill.) — Jánosi 2897 kor. 80 fill. (3033 kor. — fill.) — Kajdacs 1761 kor. 68 fill. (2010 kor. 70 fill.) — Kakasd 3956 kor. 68 fill. (4307 kor. 32 fill.) — Kánya 2307 kor. 16 fill. (2297 kor. 56 fill.) — Kárász 3850 kor. 82 fill. (4025 kor. 02 fill.) — Keszü 4592 kor. 19 fill. (5125 kor. 35 fill.) — Kisasszonyfa 5778 kor. 96 fill. (5971 kor. 84 fill.) — Kisdorogh 2755 kor. 72 fill. (2922 kor. 98 fill.) — Kis-Falud 2364 kor. 20 fill. (2446 kor. 58 fill.) — Kis-Székely 2241 kor. 16 fill. (2343 kor. 66.) — Kocsola 4036 kor. 04 fill. (4241 kor. 74 fill.) — Kónyi 4059 kor. 62 fill. (4136 kor. 04 fill.) — Köblény 2809 kor. 16 fill. (2938 kor. 66 fill.) — Kömlöd 3036 kor. 50 fill. (3225 kor. 22 fill.) — Köv.-Szöllös 4486 kor. 06 fill. (4772 kor. 08 fill.) — Lakócsa 4700 kor. 48 fill. (5101 kor. 57 fill.) — Lancsuk 2456 kor. 19<sup>1</sup>/<sub>2</sub> fill. (2679 kor. 07<sup>1</sup>/<sub>2</sub> fill.) — Lapáncsa 2105 kor. 66 fill. (2350 kor. 78 fill.) — Laskafalu 2981 kor. 26 fill. (3370 kor. 46 fill.) — Lengyel 2062 kor. 36 fill. (2114 kor. 84 fill.) — Lipova 1921 kor. 20 fill. (2057 kor. 76 fill.) — Lovász-Hetény 2063 kor. 86 fill. (2041 kor. 98 fill.) — Lőcs 2868 kor. 68 fill. (3039 kor. 86 fill.) — Magyar-Hertelend 3923 kor. 62 fill. (4082 kor. 14 fill.) — Magyar-Szék 4819 kor. 04 fill. (5192 kor. 76 fill.) — Maiss 2056 kor. 98 fill. (2197 kor. 22 fill.) — Mágoes 3648 kor. 22 fill. (4121 kor. 52 fill.) — Mária-Gyűd 278 kor. 30 fill. (345 kor. 18 fill.) — Mária-Kéménd 3340 kor. 12 fill. (4067 kor. 92 fill.) — Miszla 1466 kor. 92 fill. (1724 kor. 90 fill.) — Mocsolád 1996 kor. 68 fill. (2121 kor. 74 fill.) — Mohács ad s. Cruc. 1624 kor. 42 fill. (2114 kor. 21 fill.) — Mohács ad s. Mich. 5303 kor. 72 fill. (5966 kor. 38 fill.) — Monostor 2387 kor. 78 fill. (2448 kor. 16 fill.) — Mosgó 3138 kor. 78 fill. (3508 kor. 78 fill.) — Mözs 4988 kor. 96 fill. (5188 kor. 16 fill.) — Mucsi 2893 kor. 88 fill. (3070 kor. 44 fill.) — Nagy-Mányok 2690 kor. 52 fill. (2798 kor. 02 fill.) — Nagy-Nyárád 2579 kor. 34 fill. (2727 kor. 06 fill.) — Nagy-Vejke 2310 kor. 12 fill. (2351 kor. 98 fill.) — Nakk 3753 kor. 46 fill. (3987 kor. 23 fill.) — Nádasd 3146 kor. 20 fill. (3422 kor. 08 fill.) — Német-Bóly 4903 kor. 22 fill. (5429 kor. 22 fill.) — Némethi 3732 kor. 30 fill. (3981 kor. 48 fill.) — Német-Keér 2603 kor. 02 fill. (2699 kor. 42 fill.) — Német-Márok 2178 kor. 70 fill. (2397 kor. 60 fill.) — Német-Ürögh 3630 kor. 78 fill. (3644 kor. 90 fill.) — Ó-Kurd 3086 kor. 96 fill. (3356 kor. 60 fill.) — Olasz 4449 kor. 22 fill. (5463 kor. 60 fill.) — Ozora 4613 kor. 80 fill. (5017 kor. — fill.) — Paári 3399 kor. 26 fill. (3488 kor. 91 fill.) — Paks 5944 kor. 06 fill. (6829 kor. 14 fill.) — Pálfa 2271 kor. 56 fill. (2331 kor. 73 fill.) — Pellérd 4747 kor. 96 fill. (4905 kor. 74 fill.) — Pécsvárad 2796 kor. — fill. (3122 kor. 28 fill.) — Pinczehely 3002 kor. 04 fill.

(3368 kor. 84 fill.) — Püspök-Bogád 4573 kor. 67 fill. (5931 kor. 99 fill.) — Püspök-Lak 3580 kor. 96 fill. (3818 kor. 88 fill.) — Püsköp-Szt.-Erzsébet 2926 kor. 30 fill. (3449 kor. 96 fill.) — Püspök-Szt.-László 1647 kor. 46 fill. (1692 kor. 52 fill.) — Pécs-Székesegyház 2226 kor. 84 fill. (2909 k. 18 f.) — Pécs-Belváros 5999 kor. 28 fill. (6377 kor. 48 fill.) — Pécs-Budaikülv. 5991 kor. 04 fill. (6461 kor. 54 fill.) — Pécs-Szigetkülv. 4074 kor. 02 fill. (3063 kor. 23 fill.) — Pécs-Bányatelep 3068 kor. 86 fill. (3288 kor. 66 fill.) — Rácz-Mecske 2717 kor. 62 fill. (2849 kor. 40 fill.) — Rácz-Petre 4112 kor. 30 fill. (4500 kor. 80 fill.) — Rácz-Töttös 1766 kor. 92 fill. (1831 kor. 36 fill.) — Regöly 3162 kor. 56 fill. (3327 kor. 76 fill.) — Saásd 4379 kor. 74 fill. (4542 kor. 84 fill.) — Siklós 2203 kor. 84 fill. (2769 kor. 84 fill.) — Simontornya 3091 kor. 30 fill. (3351 kor. 57 fill.) — Somberek 2753 kor. 22 fill. (3117 kor. 46 fill.) — Somogy-Szt.-László 3198 kor. 12 fill. (3319 kor. 18 fill.) — Sumony 3141 kor. 46 fill. (3363 kor. 04 fill.) — Szab.-Szt.-Király 4630 kor. 15 fill. (4785 kor. 26 fill.) — Szabolcs 4451 kor. 20 fill. (4918 kor. 92 fill.) — Szajk 3606 kor. 74 fill. (3998 kor. 84 fill.) — Szakadáth 2690 kor. 04 fill. (2822 kor. 44 fill.) — Szakál 3585 kor. 78 fill. (3717 kor. 68 fill.) — Szakcs 3777 kor. 28 fill. (4059 kor. 25 $\frac{1}{2}$  fill.) — Szalatnak 1432 kor. 52 fill. (1533 kor. 72 fill.) — Szálka 1931 kor. 10 fill. (1971 kor. 60 fill.) — Szászvár 3218 kor. 40 fill. (3505 kor. 28 fill.) — Szebény 2534 kor. 83 fill. (2802 kor. 03 fill.) — Szegzárd (Belváros) 7069 kor. 38 fill. (7643 kor. 95 fill.) — Szegzárd-Ujváros 4334 kor. 80 fill. (4279 kor. 80 fill.) — Szent-Dienes 3401 kor. 29 fill. (3544 kor. 09 fill.) — Szent-György 2817 kor. 38 fill. (3059 kor. 68 fill.) — Szent-István 2324 kor. 50 fill. (2447 kor. 62 fill.) — Szent-Iván 3480 kor. 35 fill. (3546 kor. 34 fill.) — Szent-Lőrincz 3703 kor. 92 fill. (3992 kor. 38 fill.) — Szigetvár 4054 kor. 98 fill. (4372 kor. 18 fill.) — Tamási 4171 kor. 36 fill. (4572 kor. 56 fill.) — Tengőd 2187 kor. 36 fill. (2157 kor. 22 fill.) — Tevel 2097 kor. 30 fill. (2484 kor. 90 fill.) — Tolna 4907 kor. 32 fill. (6174 kor. 80 fill.) — Tolna-Szántó 3764 kor. 50 fill. (3983 kor. 86 fill.) — Tót-Keszi 2844 kor. 50 fill. (3218 kor. 60 fill.) — Vaiszló 2706 kor. 12 fill. (2883 kor. 88 fill.) — Varasd 2171 kor. 82 fill. (2225 kor. 21 fill.) — Vaszar 1540 kor. 48 fill. (1649 kor. 92 fill.) — Várdomb 2427 kor. 44 fill. (2507 kor. 71 fill.) — Vásáros-Dombó 4618 kor. 52 fill. (5216 kor. 26 fill.) — Véménd 2686 kor. 26 fill. (2926 kor. 06 fill.) — Villány 3412 kor. 04 fill. (3716 kor. 94 fill.) — Vókány 2803 kor. 56 fill. (2940 kor. 50 fill.) — Vörösmart 2745 kor. 22 fill. (2850 kor. 54 fill.) — Závod 3031 kor. 46 fill. (3208 kor. 18 fill.) — Zomba 3081 kor. 78 fill. (3497 kor. 99 fill.)

## 2. Plebániai tized (sedecima) járadék.

a) (1863. évi 1319. sz. püsp. hird. Circ. 1861—1869. 99.)

Inclyta fundorum reluitoria Directio regnicolaris, sub dto 23-ae currentium, directis horsum missilibus exhibuit elenchum parochia-

rum, pro quibus sedecimalis indemnitas inde a 1-a Januarii a. c. inchoando, usque finem currentis mensis Junii, effective iam modo numerabitur. Etiam memoriae causa constitui in continenti sub  $\frac{1}{2}$ -communicare elenchum hunc, ut quivis videre possit, quantam summam annue sit percepturus . . . . .

**Elenchus parochiarum, pro quibus sedecimalis indemnitas numeratur :**

Parochia iure gaudens ad sedecimalam, huiusque relevationem	Obtingentia annua sedecimalis relevationis.		Parochia iure gaudens ad sedecimalam, huiusque relevationem.	Obtingentia annua sedecimalis relevationis.	
	a. w.			a. w.	
	fl.	w.		fl.	x.
Abaliget	48	56	Hetvehely	20	89 $\frac{1}{2}$
Apar	86	83 $\frac{1}{2}$	Himesház	156	3
Baán	266	85 $\frac{1}{2}$	Hird	43	5
Babarcz	216	56	Hosszu-Hetény	54	35 $\frac{1}{2}$
Bakonya	70	87 $\frac{1}{2}$	Högyész	49	
Baranyavár	83	16	Jánosi	41	14 $\frac{1}{2}$
Battina	28	95	Ireg	18	37 $\frac{1}{2}$
Bedegh	18	90	Izsép	32	13
Berement	74	2 $\frac{1}{2}$	Kajdacs	14	70
Berkesd	106	31	Kakasd	53	55
Bicsérd	47	25	Kánya	3	67 $\frac{1}{2}$
Bikal	61	68 $\frac{1}{2}$	Kárász	31	60 $\frac{1}{2}$
Bodony	94	22	Kéménd	210	35
Bogád	39	37 $\frac{1}{2}$	Keszü	43	20 $\frac{1}{2}$
Bogdása	16	67	Kisasszonyfa	33	60
Boly	160	7	Kis-Dorog	3	15
Bonyhád	13	65	Kis-Székely	65	36
Bozsok	58	80	Kocsola	3	50
Bölcske	19	68 $\frac{1}{2}$	Kónyi	4	72 $\frac{1}{2}$
Bükösd	74	2 $\frac{1}{2}$	Köblény	36	80
Czikó	22	40	Kövágó-Söllős	90	61 $\frac{1}{2}$
Dályok	43	05	Kurd	25	98 $\frac{1}{2}$
Darázs	82	11	Lak (Püspök-)	111	77
Dárda	25	72 $\frac{1}{2}$	Lancsuk	82	68 $\frac{1}{2}$
Diós-Berény	49	24 $\frac{1}{2}$	Lapánca	27	82 $\frac{1}{2}$
Egerágh	134	92 $\frac{1}{2}$	Laskafalva	69	56
Értény	15	75	Lengyel	49	35
Fadd	21		Lipova	54	33 $\frac{1}{2}$
Feked	34	75 $\frac{1}{2}$	Lovász-Hetény	35	16 $\frac{1}{2}$
Felső-Nyék	8	40	Lúcs	24	78
Földvár	356	26 $\frac{1}{2}$	Mágocs	88	83
Garé	39	42 $\frac{1}{2}$	Magy.-Hertelend	60	58 $\frac{1}{2}$
Gödre	16	14	Mais	116	68
Görcsöny	35	96	Mária-Gyüd	73	89
Herczeg-Szöllős	304	92	Felső-Mindszent	50	66



Parochia iure gaudens ad sedecimam, huiusque reuolutionem.	Obtingentia annua sedecimalis reuolutionis		Parochia iure gaudens ad sedecimam, huiusque reuolutionem.	Obtingentia annua sedecimalis reuolutionis	
	a. w.			a. w.	
	fl.	x.		fl.	x.
Miszla	7	87 <sup>1</sup> / <sub>2</sub>	Sumony	7	87 <sup>1</sup> / <sub>2</sub>
Mocsolád	16	11 <sup>1</sup> / <sub>2</sub>	Szabolcs	32	55
Mohács (ad s. Michael)	127	57 <sup>1</sup> / <sub>2</sub>	Szajk	288	22 <sup>1</sup> / <sub>2</sub>
Monostor	75	60	Szakadát	131	56 <sup>1</sup> / <sub>2</sub>
Mucsi	61	95	Szakál	21	—
Nádasd	67	80	Szakcs	22	40
Nagy-Mányok	64	26	Szalatnak	17	90
Nagy-Nyárad	100	93	Szántó	7	61
Nagy-Vejke	9	34 <sup>1</sup> / <sub>2</sub>	Szászvár	43	31
Nakk	31	33	Szebény	72	29
Némethi	21	10 <sup>1</sup> / <sub>2</sub>	Szék	139	55
Német-Márok	63	39	Szent-Dienes	30	45
Német-Ürögh	37	80	„ Erzsébet	80	32 <sup>1</sup> / <sub>2</sub>
Olasz	73	50	„ György	10	76
Ozora	6	30	„ István	45	67 <sup>1</sup> / <sub>2</sub>
Paks	73	50	„ Iván	9	97 <sup>1</sup> / <sub>2</sub>
Pálfa	14	80 <sup>1</sup> / <sub>2</sub>	„ Király	51	97 <sup>1</sup> / <sub>2</sub>
Pécsvárad	103	95	„ László	2	10
Paári	27	30	„ (Püspök-)	39	37 <sup>1</sup> / <sub>2</sub>
Pellérd	36	64 <sup>1</sup> / <sub>2</sub>	„ Lőrincz	18	90
Quinque-Eccl. (B. M. V. Pur.)	11	55	Szigetvár	1	57 <sup>1</sup> / <sub>2</sub>
Quinque-Eccl. (S. August.)	31	94 <sup>1</sup> / <sub>2</sub>	Tamási	8	40
Quinque-Eccl. (S. Francisc.)	30	68 <sup>1</sup> / <sub>2</sub>	Tevel	52	50
Rác-Mecske	106	5	Tolna	3	93 <sup>1</sup> / <sub>2</sub>
Rác-Petre	119	96	Tót-Keszi	116	39
Regöl	—	52 <sup>1</sup> / <sub>2</sub>	Vaiszló	18	90
Sásd	17	85	Varasd	100	90 <sup>1</sup> / <sub>2</sub>
Siklós	138	66 <sup>1</sup> / <sub>2</sub>	Véménd	143	32 <sup>1</sup> / <sub>2</sub>
Simontornya	56	70	Villány	54	54 <sup>1</sup> / <sub>2</sub>
			Vókány	91	24 <sup>1</sup> / <sub>2</sub>
			Vörösmart	47	14 <sup>1</sup> / <sub>2</sub>
			Závod	41	89 <sup>1</sup> / <sub>2</sub>
			Zomba		

b) (1863. évi 2518. sz. püsp. hird. Circ. 1861—1869. 126.)

.... Quietantia, quae semestraliter pro pecuniae perceptione scribi debet, ita potest sonare:

## Nyugta

*Bélyegmentes.*

Osztr. ért. .... frt. .... krról, az az frt. .... krról, melyet alól-irt az 1863-ki január 1-én .... sz. alatt kelt járadéki okmány szerint a .... plébánia részére o. é. .... frt. .... krral megállapított tizedkár-pótlási évi járadékból 18 ..... 1-től 18 ..... végéig járt félévi részlet-kép a .... cs. kir. pénztárból<sup>1)</sup> hiány nélkül felvett.

Kelt stb.

pleb.  
pecsét

N. N.

..... plebános.

---

azaz o. é. .... frt ..... kr.

---

Hogy a nyugtatványozó plébános jogosult ezen járadék felvé-  
telére, hivatalosan bizonyítom.

Kelt stb.

esperesi  
pecsét

N. N.

kerületi esperes.

c) (1892. évi 2192. sz. püsp. hird. Circ. XII. 65.)

Notum est Venerabili Clero dioecetano *Obligatoriales originales super obtingentiis sedecimae reluitorialibus* respectivis regiis officiis tributariis eum in finem praesentandas fuisse, ut dictae obligatoriales novis numeris providerentur.

Quamobrem idmodi obligatoriales e loco credibili Venerabilis Capituli singulis officiis parochialibus via officiorum VADiaconalium resignatae sunt cum eo, ut liquidatione peracta dictae obligatoriales sine ulterioris custodiae horsum remittantur.

Obligatoriales hae sine custodiae amodo deposito officii fundationalis dioecetani committentur, quod singulis officiis parochialibus desuper Recognitionem exarabit per respectivos DD. Curatos in cista ecclesiae reponendam.

Quasuper DD Parochi pro directivo statu notitiae hisce edo-  
centur.

### 3. A káplánok fizetése.

a) (1855. évi 2038. sz. szászéki határozmány. Circ. Lith. 90.)

Jam in conferentiis Prosynodalibus an. 1848. die 23-a Maji 5. — Ecclesiis in Residentia Eppali celebratis ac veneranda 75 convocato-  
rum corona condecoratis, testante Archivi sub No 1055 Protocollo subinde publica luce donato haec una communis omnium fuerat sen-

<sup>1)</sup> Ma természetesen: m. kir. adóhivataltól.

6. Si Districtus Transdravanos ab alma matre hac separari contingeret, sacerdotes illorum Districtuum etiam post separationem iure recurrenti gaudeant, ac ius illorum cum morte solum ultimi sacerdotis exspiret, qui ad titulum Dioecesis Quinque-Ecclesiensis ordinatus fuit.

7. Si aliquo anno decem Sacerdotes, ad hoc, ut participes red-

dantur, vere qualificati non forent, in casu hoc remansura rata Capitali fundationali adiungatur, illudque pro futuris necessatibus augeat.

Nexu praeiorum

8. Primus annus, quo decem miseri et infirmi sacerdotes subsidium obtineant, erit *annus millesimus octingentesimus septuagesimus nonus*.

Nos igitur munificae huius liberalitatis specimen et genuinae fraternae charitatis conspicuum argumentum debito prosequentes aestimio, ipsam hanc fundationem auctoritate Nostra ordinaria acceptamus, approbamus et coordinamus; Venerabile Capitulum Cathedralis Nostrae Ecclesiae Quinque-Ecclesiensis in Domino requirentes, ut perceptis praesentibus, votis fundatoris conformiter, curatorem fundationis e Capitularibus constituat; qui Curator, vir Capitularis, in protocollo distincto inchoet et prosequatur historiam fundationis; porro censum annum Capitalis fundationalis, fructificationis fine Cassae generali fundationali dioecesanae illati quotannis, ab a. 1879. inchoando levet, et designandis per Episcopum, vel Sede Vacante Vicarium, decem sacerdotibus, obvenientes centum florenos erga apocham admanuet, rationesque huius fundationis annue Ordinariatui reddat; habiturus pro hoc charitativo suo obsequio, omnem illum residuum Capitalis fundationalis censum, qui a decem ratis solutis, aliisque ne fors oneribus depuratis, annue supermansurus est.

Nostrum erit congrua agere, quo magnanima haec fundatoris dispositio Clero dioecesano innotescat.

Concedat Deus omnipotens, ut pius fundator, thesauri, quem sic hodie in coelos locavit, uberrimos nunc et in futurum pro meritis, in benedictione, fructus reportet. — Datum Quinque-Ecclesiis die 8-a Novembris, anno Domini 1878.

β) (1879. évi 1244. sz. püsp. hird. Circ. XI. 229.)

Praesentibus, redintegrationis adinstar, ad 2158/1878. (Circ. pag. 161.), Venerabili Clero dioecesano ad notitiam perfero: Rssmum Aloysium Girk, Canonicum, ducentos florenos, Sibi, ceu Curatori fundationis Rsmi Francisci Troll annue obvenientes, duobus sacerdotibus dioecesanis infirmis aut egentioribus magnanimiter cessisse. Adeoque versus finem anni currentis pro sublevamine ex hac fundatione redundante non decem, verum duodecim sacerdotes egentiores aut infirmi recurrere poterunt.

γ) (1882. évi 1272. sz. püsp. hird. Circ. VIII. 46.)

Rssmus D. Franciscus Troll, Cantor Canonicus et Abbas S. Stanislai de Sáros, imae suae gratitudinis sensa erga Sanctissimum Dominum Nostrum, Christi in terris Vicarum, Qui egregia illius beneficentiae opera suspicere, eumque inter Pontificae domus Praesules clementissime cooptare seu praecipuo Praelatorum suorum

domesticorum honore insignire dignatus est — pandere cupiens, ad manus meas resignavit Actiam Cassae parsimonialis Quinque-Eclesiensis, valorem circiter bis mille et 700 florum repraesentantem, eo fine, ut reditus exinde redundantes in augmentum cedant foundationis pro sacerdotibus dioecesanis aegrotis vel egentioribus factae et sub Nro 2143—1878 coordinate.

δ) (1897. évi 894. sz. kápt. helynöki intézv. Circ. V. 27.)

Praesentibus Ven. Clero significo me hodierna die 8 seu octo frustra „Pécsi Takarékpénztári Részvény“ singula in val. nominali 2000 fl. (sing. cum divid. annua 140 fl.) penes officium fund. dioec. deposuisse cum ea intentione expressa, ut valor hic ceu dos „*Fundationis Francisci Troll*“ per officium fund. dioec. manipuletur ita, ut census annui resp. dividendae annuae mihi et post obitum meum consobrinae meae resolvantur, post obitum vero amborum annuae dividendae in tres aequales partes dividantur, e quibus: 1. una pars cedat in augendos census annuos foundationis meae pro egentibus et infirmantibus sacerdotibus quo sic posthac annue plures sacerdotes foundationis huius participes fieri queant; 2. altera pars cedat in augendos annuos census foundationis meae pro remunerandis cath. docentibus dioecesanis; 3. tertia pars cedat claustro Monialium in Nagy-Mányok.

ε) (1909. évi 940. sz. püsp. intézv. Circ. V. 35.)

Fundatio nova pie denati Francisci Troll, praepositi maioris Ecclesiae Cathedr., in litteris circularibus a. 1897. V. sub. nr. 894. publicata constans ex octo obligationibus „Pécsi Takarékpénztári Részvény“, anno elapso tulit fructus prima vice in fines dioecesanos ibidem recensitos. Tertiam partem huius dividendae ad augendos census annuos foundationis Francisci Troll pro egentibus et infirmantibus sacerdotibus destinatae secundum propositionem Ven. Capituli integram distribuendam decrevimus . . . .<sup>1)</sup>

b) *Szentmiklóssy-járadék.*

(1902. évi 2249. sz. püsp. hird. Circ. VII. 67.)

Litteras Ven. Fr. Prioris conventus Vindobonensis Fratrum Misericordiae in causa legati egregii pie memoriae Caroli Szentmiklóssy parochi condam in statu quietis praesentibus verbotenus publico documenti instar inserviendas:

A. M. Z. 518/02. Wien, am 29. März 1902. Euere bischöflichen Gnaden! Der am 25. Jänner 1901. in Graz verstorbene hochw. H. Carl Szentmiklóssy, Pfr. i. R. und emer. Kirchendirector, hat laut seinem Testamente dto 12. VI 1900. dem hochw. bischöfl. Clerical-

<sup>1)</sup> 1909 óta aszerint, amint e részvényekre eső osztalék több vagy kevesebb, összesen 16—17 pap részesül évenként a Troll-segélyben.

Seminare in Fünfkirchen zur Unterstützung würdiger verdinstvoller junger Priester, nach freiem Ermessen des jeweiligen hochw. P. T. Dioecesan Bischofs, event. General Vicar eine Rente von 800 K. jährl. auf 50 Jahre nach seinem Tode zu beziehen vermacht.

Nachdem die Verlassenschafts-Abhandlung nach dem verstorb. hochw. H. Carl Szentmiklóssy beendet worden ist, so kann die Abzahlung des testierten Betrages an das hochw. bischöfl. Clerical-Seminar in Fünfkirchen erfolgen. Die Giltigkeit des Bezuges beginnt mit I/II. 1901. und endigt mit I/II 1951. Die Auszahlung erfolgt halbjährig postcipando, das ist am I/II. und I/VIII. jeden Jahres.

Unter einem werden Euer bischöflichen Gnaden die am  $\frac{1}{8}$  1911. und  $\frac{1}{2}$  1912. fällig gewesenenen Renten pr. 800 Kronen mittelst einer Postanweisung mit dem höflichem Ersuchen übersendet, den Empfang des obgenannten Betrages gütigst bestättigen zu wollen.

Es zeichnet sich in aller Ehrfurcht Euer bischöflichen Gnaden unterthänigster Fr. Eduardus Stur, d. z. Prior.“

### c) Szeredy-alapítvány.

(1905. évi 2946. sz. kápt. helynöki hird. Circ. XIII. 80.)

I. b. Szeredy József, pápai praelátus, kanonok, végrendeletének 7. pontjában következőleg intézkedett: „7.) Tizezer (10.000) korona Szeredy József című alapítványt teszek oly célra, hogy ezen összeg kamatai évenként a főtisztelendő Káptalan ajánlatára a megyés püspök által két szegényebb javadalmazásu plébánosnak, vagy két beteges káplánnak adományoztassanak.“

Végrendeletének 21-ik pontjában fenti intézkedését következőleg egészítette ki: 21.) Azon összeg, mely az alapítványok, betegségi, temetkezési, esetleg siremléki és egyéb költségek levonása után megmarad, két részre osztassék; az egyik rész csatoltassék a 11. pontban említett (Szeredy István) 4000 korona hagyományhoz; a második rész tétessék le az egyházmegyei alapítványi hivatalnál és évi kamatai adassanak ki Szeredy János mostoha öcsémnek, míg él; halála után pedig az összeg csatoltassék a 7. sz. alatt tett 10.000 korona alapítványhoz és kamatai az említett célra fordítottassanak.“

Sokkal hangosabban hirdeti e rendelkezés az I. b. alapítónak segélyre szoruló paptársai iránt érzett, tevékeny, résztvevő szeretetét, nagylelkűségét, semhogy ezt külön fel kellene dicsérnem.

Midőn azért az érdekelt tiszt. egyházmegyei papságot erről őszinte örömmel értesitem, ugyanakkor tájékoztatás céljából tudomására adom, hogy

1. a végrendelet 21. pontja értelmében 22.768 K. 93 f. fizetett ki az egyházmegyei hatóság kezéhez, melynek kamatai azonban Szeredy Jánost illetik, míg él;

2. a 10.000 korona időközi kamatai első ízben 1906. jan. 1-én adatnak ki.

3. a kamatok az egyházmegyei hatósághoz címzett felter-

jesztésben minden év dec. 15-ikéig kérendők a jogosultak által, tehát az előző pont alapján már a folyó évben is. Később érkező folyamodványok figyelembe nem vétetnek.

## VII. Egyháziak végrendelete.

### 1. Egyházi fölös jövedelmek kegyes célokra hagyományozandók.

#### a) (*Eszterg. tartom. zsinat. Tit. VI. §. 4.*)

Hominis christiani est, ut in condendo testamento non solum attendat, quid sit iuris, sed etiam quid rationes conscientiae et Ecclesiae spiritus dictent, suadeantque. Praesertim autem omnis affectus improbus secludatur. Vae illis, qui in hoc gravissimo negotio vel animum implacabilem ostendunt, vel inordinatum amorem produnt.

Sacerdotes autem eo maiori studio et zelo Religionis in condendo testamento utantur, quo sanctior est substantia, de qua disponunt, graviorque ipsis incumbit obligatio post mortem etiam aedificationem corporis Christi continuandi, bonum Ecclesiae promovendi.

Novimus quidem, leges Ecclesiae circa testamenta variis temporibus ob hominum improbitatem et legum civilium in testamenta Clericorum influxum varias subivisse mutationes: spiritus tamen Ecclesiae<sup>1)</sup> idem semper manet, bonaque et proventus ecclesiasticos considerare oportet, ceu vota fidelium, pretia peccatorum et patrimonium pauperum. Hinc sacrum Concilium Tridentinum<sup>2)</sup> Episcopis aliisque beneficia ecclesiastica obtinentibus interdixit: „ne ex redditibus Ecclesiae consanguineos, familiaresque suos augere studeant, cum et Apostolorum Canones prohibeant, ne res ecclesiasticas, quae DEI sunt, consanguineis donent, sed, si pauperes sint, iis ut pauperibus distribuant, imo monet idem Sacrum Concilium, ut omnem humanum hunc erga fratres, nepotes, propinguosque carnis affectum, unde multorum malorum in Ecclesia seminarium extat, penitus deponant.“

In nexu horum, prout et conformiter articulo XXI. novissimi Concordati Austriaci, oramus et per sanctimoniam status sacerdotalis obtestamur, hortamurque omnes in Sanctuario Domini servientes, ut concessa libertate testandi in spiritu duntaxat Ecclesiae, et iuxta sacros Canones utantur; inhibemus proinde, ne unquam testamenta contra Sacros Canones condant, aut redditus ecclesiasticos congruae suae sustentationi superfluos, in usus manifeste profanos, vel sanctitati et bonae famae status clericalis adversos, relinquant.

#### b) (*1855. évi 1. sz. pásztorlevél 1. pontja. Circ. Lith. 56.*)

Non intendimus hic, nec necesse est sensum, et vim illorum SS. Canonum enucleatius evolvere, qui de legitimo usu, et dispen-

<sup>1)</sup> Cap. 12. de testamentis (3, 26) C. 19. Caus. 12. qu. 1.

<sup>2)</sup> Sess. 25. Cap. 1. de Reform.



satione reddituum beneficialium agunt, cum notum omnibus sit, dominium eorum per Ecclesiam etiam mortis causa ita restrictum esse, ut quae in congruam sustentationem non impenduntur, eroganda sint in pias causas. Tanto igitur majorem doloris sensum excitare debet, dum quis prope ad portum aeternitatis constitutus et testamentum condens, Ecclesiam, pauperes, aliasque pias causas vacuas abire sinit, imo nec sui ipsius ac refrigerii animae suae memor, vix non totum peculium suum ad fines profanos qui a pietate laudari non possunt transscribit.

Misereamur igitur animae nostrae, et offeramus praesertim in ultimis constituti aliquid etiam Christo, qui in Ecclesia et pauperibus egenus est, cum esurientibus esurit, cum sitientibus sitit, cum frigore ac nuditate colluctantibus alget. Praemittamus nobis in alium mundum charitatis opera, ne vacui coram Iudice divino compareamus, sed participes fiamus illius remunerationis, quam Salvator enunciat Matth. 25. „Venite benedicti Patris mei, possidete regnum ... esurivi enim et dedistis mihi manducare, sitivi et dedistis mihi bibere ... etc.“

## 2. Papok bizonyos egyházmegyei célokra valamit hagyományozni tartoznak.

*(Berényi püspök statutuma 1738-ból. Protoc. I. 46.)*

Nos Comes Sigismundus etc. Universis et singulis Reverendissimis, Admodum Reverendis, Rendis, Honorabilibus Abbatibus, Praepositis, Ecclesiae Cathedralis Canonicis, Vice-Archi-Diaconis, Plebanis, Altarium et Hospitalium Rectoribus, caeterisque Personis Ecclesiasticis in Dioecesi Cathedralis Ecclesiae Quinque-Ecclesiensis constitutis Salutem in omnium Salvatore. Cum plurimae Dioecesis hujus Ecclesiae, omni prorsus dote, ac Patronorum juvamine destitutae reperiantur, quae in oprobrium Cleri et Religionis Catholicae derisum, aut suis in ruderibus consepultae iacent, aut repurgato etiam spuallore, de sacra supellectile etiam summe necessaria provisae non sint, complures item Animarum Curatores, maxime qui inter A catholicos degunt, aegre admodum subsistere valeant; sed et Seminaria tam clericorum, quam Deficientium Sacerdotum notabilibus sumptibus et expensis providere oporteat, actuales vero fundationes haud suffecturae crederentur, novae autem facile sperari non possent. Ut proinde tot et tantis Dioecesis necessitatibus, quantum possibile est, succurratur, annuente Sua Majestate Sacra, imo per Decretum ad omnes DD. Dioecesanos expeditum districtim praecipiente, statuitur: ut a modo imposterum nullius Personae Ecclesiasticae Dioecesis huius, cujuscunque Gradus et Dignitatis fuerit, Testamentum, seu ultimae voluntatis ordinatio valida sit, nisi aliquam, nihilominus prout uniuscujusque zelus, pietas et amor promovendi boni praeattactae Dioecesis dictaverit, memoriam fecerit, et aliquid legaverit, vel vero ipsi executores testamenti, ante omnem executio-

nem huic Statuto satisfecerint. Cujusmodi pia et sancta ad normam totius hujus Regni Dioecesium instituta legata V. Capituli Quinque-Ecclesiensis erit, per unum aut plures de gremio Sui, eo praecise fine eligendos, et constituendos colligere, in unam Summam Capitalem congregare, hanc ad securum locum erga legale interusurium elocare, ac tandem successivis quoque temporibus, quidquid ex ejusmodi capitalibus summis in sortem annui census, seu interusurii perceptum fuerit, id totum vel in augmentum similium capitalium summarum convertere, vel pro ea necessitate dictae Dioecesis, quae magis urgens videbitur, cum praescitu hic et nunc nostro, alias Illmorum DD. Episcoporum, aut Dni Vicarii Generalis, cui necessitas Ecclesiae magis perspecta est, prout in Dno melius judicaverit, melius expendere. Non absimiliter, si quemquam ex praementionatis Ecclesiasticis, ab intestato decedere contingeret, eorum remansa substantia ad praescriptum Ss. Canonum divisa, partem ecclesiis debitam in effectum praeinsinuatam applicare, rationesque ab administratoribus annue exigere et exactas cum censurali voto et opinione ejusdem V. Capituli, Episcopo aut si Is maluerit, Vicario illius Generali, in fine cuiuslibet anni pro finali determinatione communicare. Quod ut ad Dei ter Opt. Max. gloriam, orthodoxae Religionis incrementum et emolumentum toties dictae Dioecesis inviolabiliter observetur, volumus ac mandamus: ut praesens statutum absque omni mora per totam hanc Dioecesim publicetur, et in perpetuam memoriam reliquis Capituli hujus actis inseratur. — Datum in Castro Quinque-Ecclesiensi, 6-a Aprilis 1738.<sup>1)</sup>

### 3. Egyhm. határozmány a plebánosok könyveiről.<sup>2)</sup>

(1860. évi 1872. sz. püsp. körlevél.)

Anno abhinc superiore, die 15-a Sept. sub No 12575/3611 emanavit Cultus ministeriale Rescriptum, quo disponitur: ut si quoad bibliothecam dftorum parochorum speciale dioecesanum Statutum non existeret, eatenus Statutum Zagrabiense manuteneatur, vi cuius bi-

<sup>1)</sup> A m. kir. igazs. és v. és k. minister 1904. jun. 19-i rend. 1. §. 3. pontja értelmében e statutum ma is érvényben van és ezen alapszik a pécsi Egyhm. Hatóság azon eljárása, mely szerint ha végrendelet hátrahagyása mellett elhalt felszentelt pap nem emlékezik meg a pécssegyházmegyében megállapított egyházmegyei és országos célokról, vagy alábbi összegeknél kevesebbet hagyományoz a kijelölt célokra, amennyiben hagyatéka bírja, a következő összegeket szokta hivatalból felvételni;

Pécssegyházmegyei papi nyugdíj alapra	20—50 K.
Pécsi papnevelőintézet javára	20—50 K.
Pécssegyházmegyei pénztár javár	20—50 K.
Vakok budapesti orsz. intézete javára	20 K.
Siketnémák váci orsz. intézete javára	20 K.

Ugyanezek levonását kéri az egyházmegyei hatóság a hagyatéki bíróságtól azon esetben, ha végrendelet hátrahagyása nélkül halt el.

(A Ftdő Püspöki Iroda szives közlése.)

<sup>2)</sup> A kanoňokok könyveiről a káptalannak 1841. dec. 6-án tartott ülésén 191. sz. a. hozott statutuma intézkedik, mely így szól: „. . .morte cujuscumque Canonici inter-

bibliotheca defuncti parochi pro usu parochiae relinquenda est, nisi debita passiva huius etiam venditionem perrequirant. In sensu huius Rescripti pro normativo processualibus Iudiciis in Massae Conscriptionibus deservientis, Iudices hi ante massae conscriptionem, passim quaerere solent: num existat speciale dioecesanum statutum circa bibliothecam defunctorum parochorum? — Quo itaque Commissarii ecclesiastici conscriptioni massae dñi parochi intervenire debentes, mox sine adhaesione respondere, et massam dñi Confratris etiam relate ad bibliothecam defendere possint: censui in memoriam revocare Statutum Dioecesanum sub Nro 2270/1841 publicatum, vi cuius singuli parochi ita de suis libris libere disponere possunt, sicut de caetero substantia, eo tamen expresse observato: ut Episcopo integrum maneat aliquot opera, indigentis temporum vel maxime conformia, sequestrandi, et pro usu Successorum parochiali bibliothecae addicendi.

Stante proinde hoc Statuto, bibliotheca dñi Parochi est massae proprietas, et Statutum Zagrabiense in Dioecesi hac non obtinet, salvo tamen iure Ordinarii superius enunciato cuius exercendi causa postmodum quoque mox cum obitu Parochi mittendus est elenchus librorum, ut auctoritate ordinaria destinatis quibusdam libris bibliothecae parochiali, caeteri venundari, et ad arbitrium testatoris suae destinationi reddi possint.

#### 4. Ajánltatik bizonyos országos célokról való végrendeleti megemlékezés.

##### a) A siketnémák intézete.

(1817. évi június 8. kelt ált. helynöki körlevél Missil. 203.)

. . . Bina Exc. Consilij R. L. Intimata pro accurata observantia isthic adnectens impensius Pttae DVtrae et ceteris Districtualibus Fratibus commendo: quaetenus sorti miserorum surdo-mutorum condolendo, eorundem occasione condendorum testamentorum meminisse . . . non intermittant.

##### b) A vakok intézete.

[1835. évi 939. sz. püsp. hird.]

. . . Praetae DVestrae singulisque ejusdem Districtus DD. Parochis impensius commendo: ut in condendis ultimis Tabulis saluberrimi huius Instituti (Institutum Coecorum Pesthinense) per quod Patienti humanitati utilissimum obsequium praestatur, memores, hinc quidpiam pro ratione facultatum suarum legare velint . . .

veniene, e libris ejus illi, quibus . . . Bibliotheca destituitur, huic actutum gratis proprietatis titulo tradantur inferanturque, nisi debita, vel aviticitatis compensatio obstarent; caeteri vero juxta testamentariam cujusvis dispositionem, vel altissimos de relicta ab intestato decedentium substantia ordines manipulentur.\* (P.L. 2270/1841.)

A fenti statutum a v. és k. és igazságügyi min. 1904. jun. 19-i T. 107/15. I. M. sz. rendeletének 1. §. 2. pontja szerint ma is érvényben van.

c) *Szent-István-Társulat.*  
(1850. évi 957. sz. püsp. körlev.)

... 3-o. Opus profecto Deo gratum operabitur omnis, qui in tabulis ultimae voluntatis Instituti huius („Societas bonorum librorum“) memor pro modulo virium tantillum legando hac ratione etiam regnum Dei promovere studuerit.

**5. Elhunyt papokra adott kazuláért kárpótlás adandó a templomnak.**  
(1815. évi szept. 23-án kelt ált. helyn. rend. Missiles 265.)

Eam V. Consistorii determinationem, ut Ecclesiae, e quibus Casulae, pro defunctis DD. Parochis aut Capellanis desumuntur, ex eorumdem defunctorum massa indemnisentur, pro congruo Executorum Testamenti notitiae statu et accurata effectuatione.. notam reddo.

**6. Elhunyt papok breviáriuma a szemináriumé.**  
(1881. évi 1120. sz. püsp. rend. Circ. VIII. 49.)

Brevaria denatorum sacerdotum, ex antiquo, eoque legitimo, usu, Seminario maiori, — a quo Neopresbyter Breviarium gratis accepit — remitti semper solebant.

Ne usus hic in desuetudinem abeat, DD. Vice-Archidiaconos hisce provocatos habere volo, ut in casu mortis sacerdotis dioecesaní, sui Districtus, Breviarium indilate ad se recipiant et ad Seminarium promoveant.

## **VIII. A papság fegyelme.<sup>1)</sup>**

### **1. Egyháziak különféle kötelességei.**

(*Eszterg. tartom. zsinat. Tit. VI. §. 1.*)

Nihil est, quod alios magis ad pietatem et DEI cultum assidue instruat, quam eorum vita et exemplum, qui se divino ministerio dedicarunt. Cum enim a rebus saeculi in altiorem sublatis locum conspiciantur: in eos, tamquam in speculum reliqui oculos coniiciunt, ex iisque sumunt, quod imitentur. Quapropter sic decet omnino Clericos in sortem Domini vocatos vitam, moresque suos omnes componere, ut habitu, gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus, nil nisi grave, moderatum, ac religione plenum praeseferant, levia etiam delicta, quae in ipsis maxima essent, effugiant, ut eorum actiones cunctis afferant venerationem.<sup>2)</sup>

<sup>1)</sup> E tárgyról rendkívül sok régebbi és újabb körlevél szól. Mindent mellőzve csak azokat vettem föl, melyek tételes intézkedést tartalmaznak. Inkább didaktikus tartalma miatt kimaradt a Conc. Strig. „De obedientia et reverentia“ c. fejezete is. Tit. IX. §. 2.

<sup>2)</sup> Trid. Sess. 22. cap. 1. de reform.

Quare ad clericalem disciplinam in hac Provincia conservandam et ea parte, qua collapsa est, restituendam has recte vivendi normas, ab eadem S. Synodo Tridentina aliisque Generalibus, Nationalibus, et quamplurimis Provincialibus Conciliis, Apostolicis Constitutionibus, in specie etiam Ecclesiam nunc gloriose gubernantis Vicarii Christi in terris Pii Papae IX. Encyclicis diei 17. Martii 1856. summam depromptas, praescribimus, easque ab omnibus diligenter attendi, et inviolabiliter observari mandamus:

1. Clerici omnes tonsuram, quam coronam vocant, eamque conspicuam gerant, ad eam formam quam postulat cuiusque Ordinis ratio. Profecto non essent digni regali Sacerdotio, qui venerandum, hoc signum erubescerent. Capillis omnino simplicem cultum adhibeant. Coma vero fictitia vel in casu necessitatis non aliter, quam obtenta dispensatione utantur.<sup>1)</sup>

2. Habitus quidem non facit monachum, decentia, tamen habitus extrinseci morum honestatem intrinsecam ostendit.<sup>2)</sup> Ipsa etiam Scriptura dicit: „quod amictus corporis et risus dentium et ingressus hominis enunciet de illo“<sup>3)</sup>, Auctoritate igitur Concilii Tridentini, aliisque quamplurimorum Conciliorum Canonibus, et Apostolicis Constitutionibus moti omnibus Provinciae huius Clericis iniungimus, ut vestes proprio congruentes Ordini semper deferant, tanto minus functiones Sacras absque veste talari peragere praesumant. Clericali ordini convenientes vestes: talarem, cingulum, et collare esse, Concilia tum in Hungaria, tum alibi celebrata, tum denique piorum Sacerdotum, praecipue in Dioecesibus patriae nostrae consuetudo docet. Absque his igitur Clerici nunquam in publicum prodeant, eo quidem minus, cum causa rationabilis<sup>4)</sup> ob quam in hac lege interdum dispensari posset<sup>5)</sup>, DEO laudes, in hoc regno nimis raro occurrat. Reliqua etiam vestimenta, quibus pro climatis ratione Clerici utuntur, eius sint formae et qualitatis, ut DEO potius, quam mundo placere velle videantur; neque obsoletis vestibus risum, neque novitatis studio contemptum moveant. Clerici, sive Provinciae huius Strigoniensis, sive alterius, intra hanc Provinciam commorantes, qui in habitu Clericali et tonsura convenienti non incesserint, poenas et censuras Constitutione Clementis Papae V. „Quoniam“<sup>6)</sup> contentas incurrunt. Utrum exceptioni ab hac regula locus sit, Episcopi diiudicabunt.

3. Comoediis aliisque profanis spectaculis non intererunt; ne aures et oculi sacris officiis addicti, ludicris et impuris actionibus, sermonibusque distracti polluantur<sup>7)</sup>. Similiter prohibemus eiusmodi

1) Benedict. XIV. de Synodo L 11. 9. Num 1.

2) Trid. Sess. 14. cap. 6. de Reformat.

3) Eccli 19., 27.

4) Cap. 2. de Vita et honest. Cleric. in Clement. et Sixti V. Const. 92. „Cum Sacrosanctum.“

5) C. 15. Vita et honest. Cler. et Caus. 21. qu. 4. c. 3.

6) Trid. Sess. 14. cap. 6. de Reform.

7) Conc. Prov. Med. 1. Synod. Budens. 1279. apud Péterffy 1. p. 107.

conviviis aliisque coetibus misceri, ubi amatoria cantantur, et turpia aut obscoeni motus corporum, choreis et saltationibus efferuntur. Saltum autem Clericiis districtim interdicimus.

Illam quoque consuetudinem graviter reprobamus, qua hinc inde occasione primitiarum pro ornandis et disponendis floribus ac sertis in ipsis templis adolescentuale, quasi paranymphe adhibentur, extra Ecclesiam vero saltus, aut alia streperosa oblectamenta instituuntur. Celebrationi memoriae mortis Christi quam neomysta peragit, similes vanitates quam parum convenient, non est opus pluribus dicere.

4. Aleis ac chartis lusoriis, praesertim quibus maior pecuniae summa exponitur, abstineant; alioquin similia non solum animum non refocillant, sed debilitant potius; insuper qui hac insana passione ducuntur, in multa alia vitia praecipitantur; cuiusmodi sunt: fraudes et fallaciae, tum ingens temeritas, qua tales tum se, tum alios in extremas non raro angustias coniiciunt. Pretium peccatorum fortuito lusui exponere iniquitas maxima est.<sup>1)</sup>

5. Clerici generatim armis non utantur, nisi necessitatis causa; a venatione autem in sensu Canonum abstineant.

6. Ministri Sanctuarii nec interdiu, eo minus noctu videantur in compitis platearum. Si igitur noctu ob rationem officii domo exire debent: semper habeant testem actionum suarum, ne vituperetur ministerium nostrum.

7. Convenit, ut mensa Clericorum frugalis sit: foveant attamen charitatem fraternam, et exercent benevolentiam. Attendant autem, ne forte graventur corda in crapula. Mensae vero in qualibuscunque societatibus constituti nunquam assideant, antequam illi statim precibus benedicant: neque a mensa discedent, nisi gratiis summo DEO religiose actis.

8. Ut flagitii scandalive occasionem, quae in cauponis vel tabernis occurrere solent, Clericis adimamus, eiusmodi locorum aditum iisdem interdicimus, nisi in itinere necessitatis causa: et tunc eo maiorem modestiam et gravitatem praeseferant, quo magis observari et iudicari solent.

9. Quoniam ob incontinentiae crimen, imo vel propter solam huius suspicionem in Clericalis militiae professoribus maiorem in modum laici homines offendi solent, decernimus: ne Clerici cum mulieribus de incontinentia suspectis habitent, aut ullam cum talibus familiaritatem foveant; ancillas, quas coctrices seu oeconomas vocant, quadraginta annis minores nullatenus habeant, nisi ob peculiarium rerum adiuncta specialem eatenus a Nobis vel Officiali nostro indultam obtinuerint. Personas autem in peccatum carnis iam lapsas, aut in divortio viventes, etiamsi cognatione iunctae essent, ad servitium nunquam assumant. Quantum temporis iniquitas admittit, eligere studeant personas vita probatas, fama integras, catholicas.

<sup>1)</sup> A kártyajátékot tiltja Klimó 1768. évi statutuma. Király püspök 1808. évi pásztorlevele és sok más egyhm. intézvény.

et a pietate commendatas. Harum etiam cellae a Sacerdotum habitatione, quantum potest, remotae sint, nec cellas has absque necessitate ingrediantur, nec eas mensae suae applicare, vel eodem cum illis curru vehi unquam licebit. Verbo eam cum illis agendi rationem sequantur, quae suspicionem omnem excludat. Si quem cuiusvis Ordinis Clericum concubinam, mulieremve eo nomine suspectam habere, aut illius consuetudine commerciove uti compertum fuerit: in eum poenis a sacris Canonibus inflictis, et aliis etiam arbitrato nostro irrogandis animadvertemus.<sup>1)</sup>

10. Ordinis praeterea clericalis memores, homines leves, in quibus nihil singularis pietatis et virtutis Christianae elucet, quo possunt studio, fugere debent; multo magis autem illos, quorum vita scelerata in vulgus nota est, nisi forte spes affulgeat emendationis eorum.

Qui DEO militat, implicare se negotiis saecularibus prohibetur. Ideo coram Iudice saeculari Advocati aut Procuratoris nomine causas non agant, nisi ab aliis in iudicium vocati suam vel Ecclesiae suae, propingvorum etiam, si necesse erit, et miserabilium hominum causas tueantur.

Ab omni mercaturae genere abstineant. In negotiationibus, mercaturisve se interpretes et medios non interponant. Negotiationem quaestuosam cuiusvis generis Clericis omnino inhibemus. Praeterquam, quod talis occupatio eosdem a munere suo avocet: raro prospere succedit, multiplices potius lites et dissidia generat, certissima muneris pastoralis impedimenta.

11. Avaro nihil est scelestius,<sup>2)</sup> nihil est iniquius, quam amare pecuniam; hic enim et animam suam venalem habet.<sup>3)</sup> Nequidquam est, quod fidelium fiduciam tantopore minueret, quam inordinata in Clericis habendi cupido, quacum durities et immisericordia iuncta esse solet. Ideo vel speciem avaritiae Clerici summo studio declinent. Sollicitudo de crastino, qua nonnulli avaritiam suam excusant, vana censeri debet; cum ignorent, quid erit in crastino.<sup>4)</sup> Neque labe immisericordiae immunes sunt, qui futuras, proinde imaginarias suas necessitates praesentibus Christi membrorum indigentis anteponunt.

12. Ne apud se libros, neve pagellas habeant aut legant, quorum lectione bene agendi studium, morum disciplina, et timor, charitasque DEI languescere possit: minus adhuc legant libros, quorum Auctores regno DEI et Christi apertum bellum indixerunt.

Ad sacrarum autem literarum studia diligenter omnes incumbant, ut quod ipsi DEO obsequium debent, rite praestare, et alios in viam Domini dirigere sedulo valeant.

13. Ad Canonicas horas, qua partem cultus Divini publici,

1) Trid. Sess. 24. Cap. 8. de reform. Concil. Med. Prov. 6 quae ad Matrimonium pertinent. Synod. Strigon. 1493. apud Péterffy P. I. p. 211. et seq.

2) Eccli 10., 9.

3) Ibid. v. 10.

4) Jac. 4., 14.

recitandas se sub peccati mortalis reatu omnino adstrictos scire debent, quicumque in sacris Ordinibus constituti sunt, tanto magis ii, qui beneficia ecclesiastica cuiusvis generis obtinent. Ac in eo super omnia laborent, ut resuscitent in se gratiam, quae data est ipsis per impositionem manus. Nam tepor ille Religionis, imo corrupti ac depravati mores, qui passim in populis regnant, non aliunde incrementa sumpsere, quam quod pastores animarum ipsi tepent, ac saepe scandalum praebent.<sup>1)</sup> Qui horas Canonicas recitare negligunt, beneficiorum suorum fructus pro rata omissionis Officii et temporis suos non faciunt, sed eos, tamquam iniuste perceptos in fabricas ipsorum beneficiorum, vel pauperum eleemosynas erogare in conscientia tenentur.<sup>2)</sup>

14. Ut autem in pietatis devotionisque spiritu in dies magis ac magis proficiant: sanctissima Poenitentiae, et Eucharistiae Sacramenta religiose frequentent Clerici omnes; Sacerdotes quidem singulis dominicis ac festis diebus Missam celebrent, nisi legitima gravique causa detineantur: qui vero curam animarum exercent, tam frequenter, ut suo muneri satisfaciant.<sup>3)</sup>

Ad celebrationem tanti Mysteriorum corde puro, et animo ad omnem pietatem composito accedant; ideo debitam praeparationem semper praemittant. Ritus et caeremonias, quae ad commendandam Sacrificii huius dignitatem institutae sunt, quam exactissime observent, praesertim autem genuflexiones tales faciant, quae internam in spiritu, et veritate adorationem significant. Finita Missa in piis precibus, et coelestis huius Convivii meditatione aliquamdiu defixi maneant. Quare Rectoribus Ecclesiarum praecipimus, ut Sacristias Ecclesiarum suae curae creditarum flexoriis, tabellisque, quae preces ante et post Missam dicendas continent, instruant.

In caeteris etiam sacris functionibus eam gravitatem ac pietatem praeseferant, ut omnibus palam fiat, se intime persentiscere, quod sint DEUM inter et homines mediatores, et Mysteriorum DEI dispensatores.

Denique Sanctissimi Domini Nostri Pii Papae IX. verba usurpantes, omnes huius Provinciae Clericos monemus, hortamur et excitamus, quo orationi instantes, spiritu ferventes, ac pie sancteque viventes, praebeant in omnibus se ipsos exemplum bonorum operum, et Dei gloriae ac animarum salutis zelo accensi, atque arctissimo inter se charitatis vinculo obstricti, accipiant armaturam DEI, atque concordiis animis, coniunctisque viribus sub proprii Antistitis ductu in aciem prodeant, et praelia Domini fortiter praelientur.<sup>4)</sup>

1) Synod. Strigon. 1629. Cap. 3. Nr. 7. Péterffy Conc. Hung. P. II. 253.

2) Conc. Lat. v.

3) Trid. Sess. 23. cap. 14. de reform.

4) Alloc. 20. Maii 1850.



## 2. A plébánosok cselédsége.<sup>1)</sup>

a) *(Klimó püspök 1760. évi pásztorleveléből. Patroc. 1752 1779. 159.)*

Quodsi Consanguineas saltem in 3-o gradu aut affines in primo habere non possit, id ad cautelam evadendae suspicionis observandum Vobis districtim injungimus, ut in conducendis feminis ad ministerium vestrum necessariis haec duo observetis: primum quidem ut honestas et communi opinione probatas mulieres suscipiatis, ipsarum quoque aetas cognita sit, ita ut serviles hae 40. saltem annos iam absolverint. Secundum autem ut nullam famulam suscipere valeatis quin Vice-Archi-Diaconum Vestrum desuper certiozem reddatis atque Ejusdem assensum ipsam retinendi obtineatis.<sup>2)</sup>

b) *Király püspök 1815. dec. 8. pásztorleveléből. (Missiles 357.)*

Non est nobis ea voluntas (ut ut ex animo cuperemus) ut a domibus clericorum omnem prorsus mulierem excludamus. Id solum volumus et in Domino praecipimus, ne sub adsciticio sororum, affinarum, et amitarum nomine in domos vestras tales recipiantur, quae sub his titulis nescio quid sibi arrogantes, et vobis, et reliquae garrulae familiae vestrae ita dominantur, ut totius viciniae intenso in vos digito pro focariis vestris habeantur, aut plane haberi debeant.

Semper periculosus est in domo clerici personarum ille delectus, per quem in legenda familiae non realis oeconomicae domus necessitas, sed deligendae personae forma et sexus spectantur.

Quare Dominis Districtualibus in Christo Fratribus, V. A. Diaconis, sub onere strictissimae responsionis coram Tribunali Divino subeundae illud injungimus: ut omnium sexus sequioris personarum in domibus Districtualium Fratrum suorum, sub qualicumque nomine existentium qualitates, et mores praeprimis autem circumvicinae de eisdem sensus, omni sollicitudine cognoscere satagant. Et si aliquam non boni odoris esse intellexerint, continuo eliminant, aut pro adjunctis rerum ad tempus per se praefigendum, indeclinabiliter exigi disponent, nulla prorsus curatorum beneficiatorum domo excepta. — Nulla enim tristior et minus fructuosa fingi potest cura, quam si frater, de fratris sui humeris mundanos pulveres detergere volens ipse simili luto implicitus haereat.

## 3. Vadászat.<sup>3)</sup>

*(1826. évi 574. sz. kápt. helynöki rend. Missiles 119.)*

Si non obstantibus Sanctionibus Canonice de venatione latis, e Clero pastoralis essent tales, qui erga certam pecuniae summam pro

<sup>1)</sup> L. a megelőző tartom. zsinati dekretum 9. pontját. Továbbá Szepessy 950/1833. körlevelét.

<sup>2)</sup> Nincs már gyakorlatban.

<sup>3)</sup> L. a megelőző t. zs. dekr. 5. pontját.

instituenda venatione majora etiam territoria in certis dominiis exarendassent, praesentibus omnem pro futuro eiusmodi exarendationem omnibus et singulis in cura animarum existentibus serio prohibeo.

#### 4. Színházak látogatása. Papok utazása nőekkel egy kocsin.

(1822. jan. 12-én kelt püsp. rend. Missiles 6.)

Ineffabili moerore et dolore affectus intellexi, aliquos de Clero tum seculari, cum etiam Regulari ordinis et characteris sui oblitos, ad eam impudentiam prolapsos esse: ut desertis (propter mundi ludicra) oviculis suis Civitatem petere, ibidemque Theatra, Choreas, aliaque mundanae vanitatis in seram noctem protrahi solita conventicula quaerere, et cum scandalo honorum Christi Fidelium, etiam cum comitiva sexus sequioris secum ducta frequentare, Religioni sibi non ducant. Cujusmodi inconsideratam, sacrisque Canonibus summopere damnatam Theatrorum (quae consona SS. Patrum voce Scholae Diaboli nuncupantur) frequentationem primis suis initiis extringuere volentes, omnibus, et singulis cuiuscunque gradus et ordinis, Potestati Nostrae Ordinariae subjectis Clericis in virtute sanctae oboedientiae et etiam sub poena suspensionis beneficiorum suorum gravissime interdiciamus et prohibemus (iis, quae de vita et honestate Clericorum sacris Canonibus sancita sunt, omnibus et singulis in salvo permanentibus) haec vice, donec moesti cordis nostri moerorem uberius expresserimus; haec duo iterum, iterumque prohibemus, et interdiciamus strictissime: nempe 1) Ut Clerici maxime Pastorales Theatra, Choreas, aliaque in horas nocturnas protrahi solita mundana conventicula frequentare non praesumant. 2) Nec ullus Parochorum cum sexu sequiore (etiamsi Mater, aut Soror esset, quod extraneis notum esse non potest) communi curru vehi sub qualicumque praetextu attentet.<sup>1)</sup> Super quibus conscientiam Praetiae DVtrae ita onero, ut quam primum in his, aliisve ad vitam et honestatem clericorum pertinentibus, aliquem deliquisse compererit, eundem serio moneat, reprehendat etiam; et si monitus non resipuerit, continuo ad officium Vicariale perferre teneatur. In reliquo etc. Josephus Király mp. Eppus 5-Ecclesiensis.

#### 5. Egyháziak adóssága.

a) (1822. évi május 18-án kelt püsp. rend. Missiles 79.)

Eo in comperto existente, quod non pauci e Cooperatoribus debita non tantum contrahant, sed plane eisdem se immergant, ut adeo cum prostitutione status per creditores suos in Officio Vicariali

<sup>1)</sup> Ugyane tilalmat tartalmazza az 1815. dec. 8-án kelt körlevél és Girk püspök 1853. okt. 23.-i 1550. sz. pástorlevele. Ez utóbbi klasszikus instructiót ad a papokban szükséges erényekről s külső magukviseléséről. De mert rendelkező részei más — itt közölt — jogforrásokban úgysis megvannak, mellőzöm.

ad depuranda debita adurgeantur: in cuius sequelam consistorialiter ordinari, ut pro futuro a contrahendis debitis nedum capellani, verum etiam Parochi abstineant, creditoribusque suis quo citius satisfacere conentur, aloquin pro casu intervenientis morosae solutionis annum suum stipendium, imo totam substantiam sequestro afficiendam nunc pro tunc declarari.

b) (1835. évi 328. sz. ált. helynöki rend.)

Tristis experientia vice non una docuit, quod quidam e Beneficiatis suis redditibus largius abutantur, hisque ad vivendum secundum praesusceptum morem haud sufficientibus, aes alienum contrahant, parum solliciti de fundo explendarum obligationum, nec horrentes graves molestias, quae ipsis serius aut citius perferendae sunt.

Ut haec agendi ratio indole sua charitati et justitiae directe opposita, ac in iis magis damnanda, quibus fortuna obtigit: ut et charitatis, et justitiae sint magistri: sollicite devitetur, impediaturque opportuno adhuc tempore, ne industria, et parsimonia acquisita creditorum substantia Ecclesiasticorum etiam prodigalitate periculum subeat: praesentibus . . . e determinatione VConsistorii impensius commendo: ut DD. Fratrum Districtualium conversationem, vivendique rationem attento consideret oculo, sique observaret quempiam facultates suas intemperantius effundere, oneraque passim contrahere, id tempestive Officio Dioecesano insinuet: ut altissimis ordinationibus conformiter malo occurri, et creditorum securitati profutura disponi queant.

## 6. Egyháziak ruházata.<sup>1)</sup>

a) (Egyhm. zsinat. Tit. V. §. 4. nr. 9.)

Nullus porro Sacerdos, spreta in vestibus forma ecclesiastica, laicis conformari delectetur; talari proinde nigri coloris cum cingulo congruente utatur omnis, collare, tonsuramque gestet; pileo decenti caput tegat, cappa clericali decori parum conveniens est, ideoque nemo eam portet, nisi ad summum tempore hyemis vel itineris; omnes proinde habitu, gestu, incessu, sermone, aliisque rebus, nihil nisi grave, moderatum, et religione plenum praeseferant.

b) (1867. évi 1910. sz. püsp. rend. Circ. 1861—9. 229.)

A quo praetoria comitatensia aperta rursus sunt congregationibus generalibus servandis, hoblis clerus quoque voto gaudens in iisdem locum tenet: honor tamen loci, praesentia virorum clarorum, et decencia status exposcit, ut ibidem, et secus quoque in omni publico loco

<sup>1)</sup> Ugyanily értelemben szól a papi ruházatról Király 1808. évi pásztorlevele, 638/1829. sz. ált. helynöki rend. és még sok más jogforrás.

comparituri e statu ecclesiastico semper sint veste talari induti, cingulo et collari amicti: indignum enim foret, ut — dum viri saeculares passim in ornatu sessionibus interveniunt — illius status membra a lege decoris et modestiae deflectant, quae ceteris habitu quoque et omni actione sua aedificatione et exemplo praecedere debent.

### 7. Papok képviselőjelöltsége.

(1906. évi 1810. sz. püsp. intézv. Circ. IX. 65.)

A jövőre nézve mihez tartás céljából figyelmeztetem egyházmegyém tisztelendő papságát, hogy XIII. Kelemen pápa 1759-ben kelt „Cum primum” kezdetű constitúciója értelmében áldozópapoknak az egyházmegyei hatóság engedélye nélkül országgyűlési képviselőjelölteknek fellépni tilos.

### 8. Papok katonai ügyei.<sup>1)</sup>

a) (1895. évi 1790. sz. püsp. intézv. Circ. X. 48.)

A m. kir. honvédelmi miniszter 1893. évi 3481. számú határozata szerint „a védtörvényi utasítás I. rész 49. §-a I. a) és b) pontjaiban említett fölszentelt papok, alkalmazott lelkészek, segédlelkészek és papi jelleggel bíró tanárok, akik illető püspökiük (rendfőnökiük) bizonyítványa alapján a póttartalék nyilvántartásába már fölvetettek, ezen viszonyban való állásukat az illető *e s p e r e s n e k*, mint közvetlen egyházi felsőbb hatóságuknak, bizonyítványával is teljesen és érvényesen igazolhatják; miután az utasítás 49. §. 3. pontja nem tartalmaz olyan rendelkezést, mintha az említett egyének mentességi jogcímök fennállásának évenkénti igazolásaira kizárólag püspökiük bizonyítványát volnának kötelesek betérjeszteni.” (Magyar közigazgatás 1895. évi. 4. szám.)

b) (1894. évi 3550. sz. püsp. helyn. intézv. Circ. XVI. 93.)

A pécsi 52. sz. gyalogezred hadkiegészítő parancsnokságának f. évi november hó 4-ikén 295. k. t. szám alatt kelt átirata kapcsán a védutasítás IV. r. 29. §. 1. c) pontja értelmében a fő- és utószemlén való megjelenés alól felmentésre igényt tartó tartalékos katonai lelkészeket felhívom, hogy ezentúl kérvényeiket közvetlen a hadkiegészítő Parancsnoksághoz küldjék.

### 9. A papok esküdtbirósága.

(1899. évi 4266. sz. püsp. intézv. Circ. XVIII. 217.)

Az esküdtbiróságról szóló 1897. évi XXXIII. törvénycikk 1900. évi január hó 1-én fog életbe lépni. Az 1897. XXXIII t. cz. 4-ik

<sup>1)</sup> Az 1889: VI. t.-c.-nek s az 16300/1889. sz. hadügymin. Utasításnak a papokat és tanítókat érdeklő §-ait közli az 1889. X. sz. Circ.

§-ának 2. pontja értelmében a lelkészek s általában a papok is felvétettek az esküdt bírák lajstromába. Azonban a törvény 7. s illetőleg 17. §-a módot nyújt a papságnak arra nézve, hogy magát a szolgálat alól felmentesse. Mivel az életbelépő esküdbíróóság nemcsak sajtóvétségek, hanem szabadságvesztés, sőt halálos büntetés alá eső büntettekben is fog ítélni, a mi tudvalevőleg az egyházi törvények szerint irregularitást ex defectu lenitatis vonhat maga után, azért figyelmeztetem t. papságot, hogy a törvény 7. §-ának kedvezményét multhatatlanul igénybe vegye, s eziránti kérvényét a nagym. bel- és igazságügyi kir. Miniszter urnak 1898. évi 3300. I. M. E. szám alatt kelt közös rendelete értelmében az ülősszak szolgálati lajstromába eszközendő kisorsolás megkezdéseig az esküdtbíróósági hatáskörrel felruházott kir. törvényszék elnökénél beadják. A kérvény a kerületi elöljáró, a polgármester és a községi bíró útján is beadható, vagy posta útján is beküldhető. E kérvény benyújtásának ideje felől való tájékoztatás végett megjegyzem, hogy a törvény 14. és 15. §§. szerint a kir. törvényszéknél november havában bizottság ül össze, mely az alaplajstromokból kiválasztja az esküdtbíróóságokhoz a következő évre szükséges esküdtet. A 19. §. szerint minden ülősszak megkezdése előtt 15—30 nappal a kir. törvényszék ülést tart, melyben az év-évre kiválasztottak lajstromából 30 esküdt és 10 helyettes kisorsoltatik. E sorsolásig kell a felmentésért folyamodni.

#### 10. Plébánosok fegyelmi uton való elmozdítása.

(1910. évi 4136. sz. püsp. intézv. Circ. XVIII. 162.)

In obsequium Decreti S. Sedis Apostolicae Romanae „de administrativa amotione ab officio et beneficio curato“<sup>1)</sup> supra communicati, signanter Canonibus eiusdem Decreti 3 et 4 conformiter infrascriptos *Examinatores Prosynodales*, quos facultate Apostolica dd. 22-a Jan. a 1909. de consensu Venerabilis Capituli Ecclesiae Nostrae Cathedralis dd. 22-a Septembris a. c. in Circ. Litt. XV. nr. 3632 constitueramus, de consensu eiusdem Ven. Capituli dd. 4-a Novembris a. c. simul *Examinatores ad exercendum munus iudiciale in amotione parochorum administrativa* elegimus, quos itaque ordine, in quo sequuntur *Examinatores ad amotionem administrativam* vigore Decreti citati praesentibus *pro quinquennio* constituimus ac nominamus:

*Stephanus Szeifricz* el. episcopus, praepositus maior.  
*Antonius Walter* vic. gen. epplis, praelatus, abbas, canonicus,  
*Gabriel Hanny*, praelatus, abbas, canonicus,  
*Joannes Spies*, praelatus, abbas, canonicus,  
*Josephus Wurster* dr., abbas, canonicus, rector Seminarii,  
*Julius Wajdits*, praepositus, canonicus, inspector schol. dioec.,

<sup>1)</sup> A „Maxima cura“ dekretumot I. Circ. 1910. XVIII.

*Augustinus Frantich*, canonicus,

*Aloysius Döbrössy*, canonicus,

*Ludovicus Szilvek* dr., canonicus,

*Josephus Rézbányay* dr., assessor consistr., professor theol.,

*Stephanus Késmárky*, assessor consistr., professor iuris et director substitutus Lycei,

*Stephanu Sipos* dr., professor theol.

*Parochos consultores pro revisione* decreti amotionis de consensu Ven. Capituli dd. 4-a Novembris a. c. aeque *pro quinquennio* elegimus et nominamus sequentes:

*Geysa Frühwirth* vad. et parochus in Gyulaj,

*Josephus Streicher*, abbas, parochus in Paks,

*Ludovicus Beck*, parochus in Nagybicsérd,

*Aloysius Zádor*, vad. et parochus in Baranyabán,

*Ladislaus Charváth*, vad. et parochus Petrijevci,

*Eduardus Koch*, parochus in Villány.

## 11. A papság tisztsége pénzügyi vállalatoknál.

(1911. évi 1610. sz. püsp. rend. Circ. VII. 45.)

Mult évi XII. sz. körlevelemben 4872./1910. sz. közöltem tiszt. ehm. papsággal a S. Congregatio Consistorialis 1910. november 18-ikán kelt dekretumát „De vetita clericis temporalis administratione.“

Mivel az Apostoli Szentszék ezen dekretumában foglalt rendelkezések végrehajtása a kitűzött határidőn belül már csak azon alkalmas világi személyek hiánya miatt is, akik a pénzügyintézeteknek, a fogyasztási és hitelszövetkezeteknek felelősséggel járó hivatalait kellő jártassággal és közmegnyugvásra betölthetnék, alig lehetséges, a nagymélt. püspöki kar nevében a főmagasságú és főtiszt. hercegprimás ur az Apostoli Szentszékhez fordult és kifejtve az e téren nálunk uralkodó különleges helyzetet a közlött dekretum rendelkezései alól a magyarországi egyházmegyékre nézve felmentést kért.

Ezen legalázatosabb felterjesztésre a S. Congregatio Consistorialistól a következő válaszirát érkezett:

„370/11. S. Congregatio Consistorialis, vigore facultatem a SSmo D. N. Pio PP. X. sibi tributarum, Emmo Arch. Strigonien. ac Rmmis Ordinariis Hungariae, attentis peculiaribus rerum adiunctis, facultatem ad biennium impertit concedendi, quoties vera necessitas postulet, clericis suarum dioecesium ut suscipere ac retinere ad biennium valeant in arcis vel mensis nummaris etc: officia, quae a decreto huius S. Congregationis diei 18. nov. 1910 prohibentur; dummodo in singulis casibus, meliori quo fieri potest modo, constiterit nihil in administratione rerum, de quibus agitur, male gestum inveniri; canto ut quodvis ex mala administratione scandali damnive periculum removeatur in posterum; sub lege denique curandi, ut interim laici viri experti atque probatae fidei sensim iisdem clericis sufficientur.

Datum Romae, ex aedibus eiusdem S. Congregationis, die 10. martii 1911.

Az Apostoli Szentszék ezen felhatalmazása alapján megengedem ezennel egyházmegyém tiszt. lelkészkedő papságának és áldozópapjainak, hogy 1913. év május hó 1-éig a pénzüintézeteknél, valamint fogyasztási- és hitelszövetkezeteknél viselt felelősséggel járó tisztségeiket (elnöki, igazgatói, titkári, pénztárosi tisztségek), amennyiben azok ellátására ezen időközben alkalmas világi férfiú nem található, megtarthassák.

Meg kell azonban kívánnom a következőket:

1. Azon lelkészek vagy áldozópapok, akik a szóban levő tisztségek további viselését elkerülhetetlenül szükségesnek tartják, erről az egyházmegyei hatóságnak folyó évi június hó 1-ig mulhatatlanul jelentést tegyenek.

2. Oly pénzüintézeteknél és fogyasztási vagy hitelszövetkezeteknél, melyeknek felelősséggel járó tisztségeiben lelkészek vagy áldozópapok továbbra is megmaradnak, *azonnal még május hó folyamán pénztárvizsgálat ejtendő meg*, melynek eredményéről az illető pénzüintézet vagy a szövetkezet igazgatósága és felügyelőbizottsága részéről is aláírt kimutatás terjesztendő az egyházmegyei hatóság elé, ugyancsak folyó évi június hó 1-éig annak jelentése mellett, hogy az intézet vezetésében és vagyonának kezelésében semmiféle hiány vagy rendetlenség nem fordul elő s hogy a vezetés vagy kezelés folytán az illető intézetet semmiféle kár vagy per nem fenyegeti.

3. Azon lelkészek és áldozópapok, akik az adott viszonyok között felelősséggel járó tisztségeik viselését pénzüintézeteknél avagy fogyasztási szövetkezeteknél el nem kerülhetik, minden módon arra törekedjenek, hogy alkalmas világi férfiakat keressenek és képezzenek ki, a kikre ezen tisztségek a népnél bizalmat gerjesztő módon átruházhatók legyenek és a kikre az illető intézet további fennmaradását és működését ugyanoly szellemben és irányzatban biztosíthatják.

Semmi sem akadályozza azonban, sőt — mivel az Apostoli Szentszék a népnek szociális tekintetben való támogatását nyomatékosan sürgeti — lelkipásztori kötelességnek tekintendő, hogy a papság a szövetkezetek alakításában, terjesztésében és felügyeletében a hiveknek tanácsával és közreműködésével segítségére legyen és hogy mint e szövetkezetek felügyelő bizottságainak tagja, értelmi képzettségét a nép rendelkezésére bocsássa.

## **IX. A papság erkölcsi továbbképzése.**

1. A papok lelkigyakorlatai, nagybőjti recollectiója, gyakori gyónása, lelkiolvasmánya. Növendékpapok elmélkedése.

(*Tartom. zsinat. Tit. VI. §. 2.*)

Quo certius est, de mundano pulvere paulatim etiam religiosa corda sordescere: eo gravior urget ratio, ut Clerus Curatus languorem spiritus exuat, resuscitataque gratia per bona opera certam suam vocationem faciat.

Itaque paterna monita Sanctissimi Domini Nostri Pii Papae IX. obsequenter adplicamus, quae apostolicis literis „Qui pluribus“ sic expressit. „Cum compertum sit ad ecclesiastici Ordinis dignitatem et sanctimoniam retinendam et conservandam pium spiritualium exercitiorum institutum vel maxime conducere: pro episcopali vestro zelo tam salutare opus urgere, omnesque in sortem Domini vocatos monere, hortarique ne intermittatis, ut saepe in opportunum aliquem locum iisdem peragendis exercitiis secedant, quo exterioribus curis sepositis, ac vehementiori studio aeternarum, divinarumque rerum meditationi vacantes, et contractas de mundano pulvere sordes detergere, et ecclesiasticum spiritum renovare possint, atque exspoliantes veterem hominem cum actibus suis, novum induant, qui creatus est in iustitia et sanctitate.“

Quamquam autem, ut libenter credimus, cum Deo coniuncti animarum Curatores privatam recollectionem interdum adminus soleant instiuere: quia tamen ubi duo vel tres congregantur, in medio eorum est Dominus, et fideles ipsi publicis Cleri exercitiis ad pietatem solent accendi: curabimus, ut sacra Cleri Curati exercitia, in aliquibus Dioecesibus interdum iam asservata, in omnibus huius Provinciae Dioecesibus instituantur.

Caeterum ad providentiam Ordinariorum pertinebit, ritum exercitiorum pro ratione locorum et indigentiarum definire, de Directore Spirituali providere, omniaque adhibere, ut collecti Sacerdotes animo sincero inter orationis, frugalitatis, silentii et humilitatis opera sacras exhortationes excipiant, Confessione Sacramentali conscientias vere emundent, atque Spiritus S. donis recreati ad sua revertantur.

Pari sollicitudine commendabimus et inculcabitur Clero nostro annuam recollectionem sacro tempore Quadragesimae peragendam. Hoc enim tempus, quo memoriam passionis Christi recolit Ecclesia, prae caeteris opportunum est et acceptabile ad opera poenitentiae in spiritu humilitatis et animo contrito exercenda. Singuli proinde, in cura pastoralis constituti Presbyteri tribus diebus, per Vice-Archidiaconum districtualem defixis, in cellas suas reclusi, legendis meditationibus, Psalmis et precibus poenitentialibus persolvendis, Rosario recitando pie vacabunt, et se diligenter ad Sacramentalem Confessionem, in conspectu fidelium peragendam, praeparabunt; die autem subsequa convenient debito tempore ad locum designatum; sub cruce, recitando Psalmum „Miserere“, procedent rochetis induti ad Ecclesiam; orabunt Psalmos poenitentiales, et Spirituali districtuali vel alteri de praesentibus in Ecclesia, post cohortationem a seniore de Clero praesente pronunciandam, confitebuntur et e manu V. Archidiaconi sub Missa panem coelestem accipient, et cantando „Te Deum“ ad aedem parochialem revertentur, solatio spirituali repleti, et mox ad sua redituri. — Gaudebunt in coelis Angeli super Sacerdotibus taliter inter suos poenitentiam agentibus! — Laetabitur et grex fidelium, imo pastorum suorum



exemplo ad poenitentiam agendam excitabitur, et non modo praecepto Ecclesiae promptius parebit, verum etiam intelliget salutis consequendae viam post lapsum non aliam superesse, nisi viam poenitentiae.<sup>1)</sup>

Ne autem spiritus clericalis, fructus harum exercitationum, exarescat: quotidiana Sacrae Scripturae, et librorum asceticorum lectione, meditatione, frequentiori confessione, Venerabilis Eucharistiae, quae coeleste antidotum est, quo a peccatis praeservamur, iugi visitatione ioveatur, oportet. Cui scopo opera ascetica usui Sacerdotum accomoda (qualia sunt prae caeteris aureum opus „Memoriale vitae sacerdotalis“, Thomae a Kempis „Libri de Imitatione Christi“, „Philothea“ S. Francisci Salesii, „Soliloquia“ S. Augustini, Laurentii Scupuli „Certamen Spirituale“ etc.) opportune deservient.

Obsecrat porro haec Synodus cunctos, ministerio Altaris dicatos, ut a lectione librorum inutilium et reproborum penitus abstineant, iacturam tam temporis quam pecuniae, sed vel maxime quietis internae ob talem lectionem conscientiae sibi ducant, nec emendo pravos ingenii foetus ad impietatem collaborent. Memores autem obedientiae, quam Ecclesiae sponderunt, numquam absque obtenta facultate libros prohibitos volvere praesumant; secus poenas in Constitutione Pii IV. quae incipit: „Dominici“ gregis, et Bulla: „Coenae“ decretas incursum.<sup>2)</sup>

Certe si Sacerdotes Domini a noxiis libris, vanis inutilibusque pagellis abstinerint: tempus illis erit non tantum horas canonicas quotidie persolvendi, verum etiam sacrae meditationi, examini conscientiae tam generali, quam particulari, Rosarii recitationi, Venerabilis Eucharistiae visitationi quotidie cum fructu vacandi. Haec propriae perfectionis adminicula tanto magis commendamus, et inculcamus, quanto plura sunt vitae clericalis pericula, quae, nisi vigilemus, et pullulantia in nobis vitia continuo observemus, armisque spiritualibus debellare studeamus, certam adferent perniciem.

Bone JESU! Tu scis, quia amamus Te, et mori parati sumus pro Te! Suppone fragilitati nostrae omnipotentem manum tuam, ut quod per insufficientiam nostram non valemus, tua gratia faciamus.

Ne vero in hoc summi pro Clero momenti negotio vel minimum quid intermisisse doleamus, obligamus spirituales Cleri iunioris Directores, ut Alumnos artem meditandi doceant, et meditationibus quotidie asservandis sedulo exerceant, simulque libellos idoneos illis commendent, ut sperari possit bene inceptam meditandi consuetudinem, postquam alumni adoleverint, in alteram eorum naturam esse transituram, et DEO benedicente fructum centuplum allaturam.

<sup>1)</sup> E közös nagybőjti recollectio nincs gyakorlatban. Pótolja a papok és tanítók közös husvétii gyónása. L. alább a 3. sz. alatt.

<sup>2)</sup> Ma természetesen az 1869. évi „Apostolicae Sedis“, illetve az 1879. évi „Officiorum ac munerum“ constitutio büntető paragrafusai vannak érvényben.

## 2. Lelkigyakorlatok.

a) (Zichy püspök 1907. évi 542. sz. pásztorleveléből. Circ. V. 23.)

... Omnibus his ergo mature perpensis communi Me voto Vestro occurrere puto, dum vi officii mei gravissimi praescribendum duxi hisce praecipiens, ut omnes sacerdotes Dioecesis meae — si fieri potest — unoquoque anno, at minimum infra tres — tres annos sacra exercitia in omnes servent.

Cuilibet quidem pro lubitu relinquatur posse eligere, utrum communibus, quae quotannis servantur, adesse, vel eadem separatim in aliqua domo religiosorum peragere malit. Ii tamen, qui alibi pro se eadem peragent, documento domus vel conventus, ubi ea perfecerint, Mihi substernendo, se huic edicto rite subiecisse, comprobandum habent.

Ut autem et iis, qui procul a centro Dioecesis et his ordinibus, in quorum domibus talia dantur exercitia, succurrere possim, curae Mihi erit, ut his — attamen si sacerdotes numero convenienti semet insinuent — in aliquo conventu vicino a quodam magistro exercitia rite habeantur.

b) (1910. évi 2193. sz. püsp. intézv. Circ. IX. 58.)

... Una autem declaramus, abhinc non nisi illos dioecesis nostrae sacerdotes obligationi — circa servanda s. exercitia spiritualia — cunctis impositae satisfacturos; qui durante ss. exercitiorum triduo quotidie saltem ab exordio precum matutinarum usque ad terminatas preces vespertinas in continuo et sine ulla interruptione intra aedes — in quibus ss. exercitia habentur — commorati fuerint et silentium strictissime servaverint.

## 3. Papok és tanítók husvétii közös sz. gyónása és áldozása.

a) (1909. évi 936. sz. püsp. rend. Circ. V. 33.)

Ismeretes az egyházmegyei tisztelendő papság előtt Szentséges Atyánknak X. Pius pápának azon forró óhaja, hogy a hívek minél gyakrabban járuljanak a szent áldozáshoz; következőleg a szent gyónáshoz is, mert aki hetenkint egyszer vagy többször áldozik, annak legalább hetenként sz. gyónást is kell végezni.

És ki áldozik többször, mint a pap, ki naponként mutatja be a szeplőtelen áldozatot? Következőleg ki tartozik a szent gyónás által lelkét a bűntől minél gyakrabban mentesíteni és a lelki tisztaság iránti érzékét fejleszteni, mint a pap? S a pap után mindjárt ki van hivatva, hogy a hívek és tanítványok előtt jó példával előljárjon, mint a kath. tanító, kinek mintaképe az isteni Mester?

Tudom, hogy a t. egyházmegyei papság jelentékeny része tényleg minél gyakrabban igyekszik járulni a töredelem szentségéhez. Voltak és vannak esperesi kerületek, melyekben a t. papság a nagyböjt idején egybegyül és összejön, hogy husvétii szent gyóná-

sukat és áldozásukat együttesen végezzék, a hiveknek ezáltal jó példát nyujtsanak, egymás buzgóságán pedig épüljenek.

E szokást, ahol fennáll, fentartani, ahol megszűnt, avagy eddig nem volt meg, meghonosítani, sőt kiterjeszteni kívánom, elrendelvé, hogy minden esperesi kerület papsága válasszon magának a kerületből közös gyóntatót, vagy hívjon meg máshonnét lelkiatyát és a kerületi *tanítói karral* együtt előre kijelentendő napon, lehetőleg post Dominicam III. Quadragesimae, a kijelent, vagy más gyóntónál végezze el közösen husvéti szent gyónását és szent áldozását, szent misére pedig és a szent mise közben végzendő szent áldozásra a kereszt elővitele mellett ünnepélyesen vonuljanak át a plébániaházból a templomba. Elöl menjenek a tanítók fedetlen fővel, utánuk a segédlelkészek és lelkészek karingben és biretummal.

Minden évben más és más plébánián gyűljenek össze s a sz. mise ideje előre közlendő a hivekkel is, hogy a példaadás egy plébánián se maradjon el.

Hogy pedig e nap ne a szórakozás és vigság színezetét, hanem inkább a töredelemét öltse magára, kívánom, hogy reggeli vétele után lehetőleg úgy a tanítók, mint a papok távozzanak. Nem akarom megtiltani, hogy ebéden együtt ne maradjanak, de ha ez megtörténik, legyen ezen ebéd a legegyszerűbb, felköszöntők, poharazás és kártyázás nélkül. Ebéd után pedig tényleg azonnal igyekezzék kiki otthonába visszatérni.

Reményem, hogy úgy tisztelendő papságom, mint kedves tanítóim megértik a szándékot, mely jelen rendelet kiadásában vezérelt s e napot akként igyekeznek felhasználni, hogy azon községnek, melyben összegyűlnek, összejövetelüknek még emléke is áldott, kedves legyen, a papok tanítóiknak buzgó példát adjanak, a tanítók egymás buzgóságán épüljenek s úgy a papok, mint a tanítók az Ur Jézus lelkületétől áthatva térjenek vissza otthonukba, hol szóval és tettel valósítsák meg a jó föltételeket, melyeket az Ur Jézusnak ígértek.

b) (1910. évi 4876. sz. püsp. intézv. Circ. XXII. 217.)

Midőn mult évi V. sz. körlevelemben 936. sz. alatt elrendeltem, hogy tisztelendő lelkészkedő papságom és kedves tanítóim husvéti sz. gyónásukat és áldozásukat közösen, együttesen végezzék, nem új terhet kívántam vállaikra rakni, hanem azt óhajtottam előmozdítani, miszerint amíg egymás buzgóságán épülnek, addig a hiveknek is jó példát szolgáltatassanak. Épen ezért figyelembe vevén azon nagy nehézségeket, melyekbe állítólag ezen rendeletem keresztülvitele a gyakorlatban itt-ott ütközik, nem ragaszkodom ahhoz, hogy kedves tanítóim a papokkal együtt végezzék sz. gyónásukat és áldozásukat, megengedvén nekik, hogy ahol tényleg ily nehézségek forognak fenn, akár az iskolásgyermekkel együtt, akár más alkalommal és más-hol végezzék sz. gyónásukat, csak azt *kívánom meg ezen esetben feltétlenül, miszerint sz. áldozásukat a hivek jelenlétében ezek épülésére saját plébániatemplomukban nyilvánosan végezzék.*

Azon példás és épületes szokást azonban, mely szerint a kerületi papság egyes plébániákon együtt végzi sz. gyónását, nemcsak nem szándékom jelen rendelettemmel megszüntetni, hanem ellenkezőleg nagyon üdvösnek tartván ezt, óhajtom és kívánom, hogy ahol még eddig e szokás nincs meg, ott is meghonosíttassék.

## X. A papság tudományos továbbképzése.

### 1. Koronai tételek. Szigorlatok. Könyvek kiadása.

(*Tartom. zsinat. Tit. VI. §. 3.*)

Scientiarum sacrarum studium in Clero iugiter promoturi sequentia constituimus:

1. Ne in Sacerdotibus sacrarum disciplinarum studium unquam restringatur, aut languescat industria, ut Beatissimus Pater Pius IX. ad Episcopos Imperii Austriaei Anno 1856. die 17. Martii observat: in singulis Dioecesium regionibus, seu ut apud nos vocantur, Districtibus V. Archidiaconalibus, Congressus habebuntur. In his thema theologicum, quod cuiusvis anni initio ab Ordinario proponetur, quodve quivis Sacerdos usque quinquagesimum aetatis annum, nisi ab Episcopo ob graves rationes dispensetur, elaborare debet, discutietur. Elaborata singulorum in scriptum redacta post concertationem in corona fratrum institutam Ordinariatui exhibebuntur.

2. Episcopi se faciles praebebunt in resolvendis taxis Rigorosorum Examinum pro Presbyteris, qui bono spiritu animati, ad lauream Doctoratus adspirant; optant attamen, ut ratio obtinendi gradus Academicos Baccalaureatus, Licentiatu et Doctoratus, Constitutionibus ecclesiasticis conformetur.<sup>1)</sup>

3. Librorum vel etiam Dissertationum breviorum editionem de objectis imprimis fidei et morum semper grato suscipiemus animo: volumus attamen, et in quantum opus est, mandamus, ut Clerici nullum scriptum typis excudi faciant ante obtentum a nobis indultum, et pro re nata approbationem.

Denique studium literarum bonarum optime promovetur virtutum illarum exercitio, quae tam temporis, quam bonorum temporalium honestam parsimoniam producunt. Tales sunt: fuga otii, vanarum conversationum, et lusus in horas protracti. Qui has virtutes exercuerit, et reditus suos in luxum et res, quibus facile carere potest, non converterit, illi et tempus, quo literis vacet, suppetet, et media eruditionis acquirendae non deerunt.

<sup>1</sup> Král József vál. püsp., pécsi kanonok 1861. és 1863-ban 1000—1000 frtos alapítványt tett azon rendeltetéssel, hogy kamatjait az egyházmegye Pesten és Bécsben tanuló theologusai kapják, ha mint theologusok szigorlatot tettek. — A hittudori rang elnyerése módját az osztrák egyetemeken l. Circ. 1903. XV. 158.

## 2. Zsinati vizsgálat.

a) (*Egyhm. zsinat. Tit. V. §. 4. nr. 8.*)

Meminerint quoque Cooperatores, aut in alio quocunque munere constituti Sacerdotes, neminem ad beneficium ecclesiasticum, curamque parochialis Ecclesiae adspirare posse, qui non fuerit prius praevio synodali examine probatus, et idoneus repertus; nonnisi illi, de quorum praeclara scientia sacra, et probitate aliunde certo constat, ab hoc examine dispensatione Episcopi, vel Vicarii Capitularis eximentur. Sicut vero ante completum triennium in cura animarum nullus ad examen synodale admittitur, ita illud ultra quinquennium a primitiis protrahere vetitum est, et depositum (nisi cum praeclaro eminentiae calculo terminatum esset), post sexennium denuo renovari debet.<sup>1)</sup> In nexu horum subjungimus in Appendice (Vide Nrum V.) Constitutionem, quam Praesules Hungariae anno 1850. Strigonii in Conferentiis congregati, unanimi voto in universa Ecclesia hungarica observandam praescripserunt, a Sua quoque Majestate Caesaro-Regia, dto 10-ae Febr. 1853. approbatam, et intimatam.

b) (*Püspökkari határozm. 1850.*)

Expedit maxime animarum saluti, sic loquuntur Patres Concilii Tridentini, —<sup>2)</sup> a dignis atque idoneis Parochis gubernari. Id ut diligentius ac rectius perficiatur, statuit sancta Synodus, ut cum parochialis Ecclesia vacaverit, idoneum in ea Vicarium cum fructuum portionis assignatione Episcopus constituat, donec ei de Rectore provideatur; dein constituto tempore de cujuslibet in parochialibus applicandi aetate, moribus, et scientia diligens fiat inquisitio, eo modo, ut quilibet per Episcopum, aut Vicarium ejus et alios Examinatores, non pauciores quam tres, examinetur, quo sic certius e dignis dignior eligi valeat.

Ut quo exactius ad hanc solenni lege ecclesiastica enunciata formam Nos quoque accederemus, et gubernio animarum digniores redderemur: eandem deinceps in universa Ecclesia Hungarica quam strictissime observandam esse, Praesules Ecclesiae in Conferentiis Strigonii a. 1850. congregati, unanimi voto determinarunt, id enunciantes: „Ut nullus Presbyterorum ad parochiale Beneficium praesentari possit, nisi prius examen synodale in sex annos valiturum, post exactum presbyteratus triennium bono cum succesu subierit.“

Hujus decisionis conferentialis in sequelam, sequentia circa Examen synodale, seu concursuale Parochorum, pro futuro inviolabiliter servanda decreta et disposita sunt:

1-o. Ut quis pro Beneficio vacante per concernentem Patronatum cum effectu praesentari, officiove parochiali admoveri possit, examen concursuale bono cum succesu subiverit, est necesse.

<sup>1)</sup> Egyházmegyénkben a zsinati vizsgálatnak 6 évenként való megismétlése nincs gyakorlatban.

<sup>2)</sup> Sess. 24. Cap. 18. de Ref.

2-o. Ad examen hoc nemo ante transactum presbyteratus triennium, et praestita in cura animarum, vel alio officio ecclesiastico utilia servitia, admittatur.

3-o. Elapso sexennio valor examinis exspirat; proinde ad beneficium, vel officium parochiale, post hoc tempus neo-consequendum aspiraturi, illud denuo subire tenentur.

4-o. Dispensati ab examine hoc sunt Doctores, et actuales Professores Theologiae; isti tamen nonnisi tunc, si in munere professorali tres annos egregie versati sunt. Relevari ab illo per Ordinariatum possunt viri, qui praecellentiorum in se rerum sacrarum scientiam, operibus editis, vel secus sufficienter comprobarunt.

5-o. A subeundo vice secunda, et ulterioribus vicibus, tentamine dispensari per Ordinarium poterunt illi, qui illud vice prima eminenti cum calculo subierunt, vel ab illo tempore non vulgarem scientiam, et prudentiam pastorem luculentis speciminibus palam fecerunt.

Objecta examinis constituunt: *a)* Dogmatica cum Interpretatione Evangeliorum vulgatae editionis, et Sectionum s. Scripturae in Breviario Romano legendarum; *b)* Theologia Moralis atque Pastoralis, et hujus imprimis pars, quae de Sacramentorum, praefertim vero Sacramenti Poenitentiae fructuosa administratione agit; *c)* Jus Ecclesiasticum, et Decreta SS. Concilii Tridentini. Ex his orale tentamen praestabitur. Tum vero elaborata *d)* homiletica et *e)* catechetica, ad regulas artis exacta parabuntur. Pro exercitationibus his scripto deducendis una dies concedetur, usus librorum penes eas, — s. Scriptura, et Concilio Tridentino exceptis, — non permittitur.

Qui in examine eminentiae, vel primae classis calculum, ex omnibus quinque objectis retulerint, ad obtinendam praesentam, et investitionem canonicam (si secus nil obstiterit) idonei reputabuntur.

Ex uno aliove studio secundam referens classem, hanc in proximo examine emendare poterit, e pluribus secunda classe notatus, totum examen repetendum habebit.

*c) A vizsgálat tárgyköre bővül.*

(1893. évi 3085. sz. püsp. határoz. Circ. XIX. 151.)

Salutaribus monitis et praeceptis Sanctissimi Patris ad episcopos Hungariae nuper directis: „Neque industriam solertiamque putetis ullam fore tantam, quin sit adhibenda maior, ut scholae (catholicae) laeta quotidie incrementa capiant“, necnon „illud etiam volumus excitari a vobis, qui curiis praesunt, ut ecclesiarum peculium religiose custodiant diligentissimeque administrent“ prompte obsecundans, verba item Conc. Trid. sess. XXIV. cap. 18. de Ref.: „Expedit maxime animarum saluti a dignis atque idoneis parochis gubernari“ animo reputans, cum ex una parte animarum curatos velut scholarum parochialium elementarium directores et sedium scholarium praesides in moderandis negotiis rem scholarem respicientibus ex asse versatos esse oporteat, ex altera vero parte ingens

moles in tyrocinio disciplinarum theologiarum ordinariarum et extraordinariarum fusioem circa rem scholarem aliasque materias usui practico admodum necessarias instructionem, quae sive extensive, sive intensive spectata sufficeret, haud admittat; quo adspirantes ad exercendum munus parochiale in praeattactis theologiae pastoralis et iuris canonici capitibus ad semet perficiendos et ad rite obeundas singulas officii parochialis partes habiliores reddendos non solum excitarentur, sed etiam efficaciter adigantur, serie praesentium intentioni SSmi Patris et SS. Synodi Trid. sess. XXIV. cap. 18. de Ref. congruenter statua dioecesana in actis et decretis synodi dioecesanae in Appendice sub nr. V. circa Examina Synodalia sub puncto 5.) quoad objecta huius examinis sub b) et c) comprehensa ita extendenda et redintegranda decrevi, ut imposterum occasione examinis synodalis peculiaris ratio habeatur, utrum examinandi e capitibus theologiae pastoralis et iuris canonici sequentibus, etquidem:

1.) circa *rem scholarem*, in paedagogicis methodicisque, in peritia tactarum legis patriae, statutorum chori Episcoporum Hungariae, item dioecesanorum eatenus dispositionum;

2.) circa debitam *matricularum parochialium*, manuactionem;

3.) circa normas sacri ecclesiarum et piarum foundationum *peculii* administrandi eatenus vigentes

eam extensive haud minus, quam intensive cognitionum mensuram praeseferant, sine qua spem facere nequeant fore, ut regimini parochiarum admoti obligationi eatenus sibi incumbenti apprime sint satisfacturi.

Quapropter sacerdotes dioecesanos ad subeundum praeprimis examen synodale obligatos maiorem in modum excitatos monitosque volo, ut sedulam suarum circa praerecensita capita cognitionum thesauro ampliando et magis perficiendo navare operam haud intermittant; examinatorebus autem prosynodalibus injunctum, sollemnique inculcatum volo, ut in examinibus synodalibus semet huic dispositioni accomodare suarum partium esse ducant noverintque.

d) *A zsinati vizsgálat két részletben is letehető.*

(1909. évi 4652. sz. püsp. határoz. Circ. XVII. 145.)

Universa materia examinum prosynodalium, prout cuncti norunt, tam extensa gravisque existit, ut impensum eiusdem studium non modo laborem iugem et serium, sed etiam longiora temporis spatia alienis euris — prout possibile — absoluta revera postulet.

Cum igitur in variis pensis, quae in vita pastoralis cuicumque sacerdoti in dies accrescunt, dicta requisita ad parandam tantam materiam saepe deficient, haud raro evenit, ut examen longe differatur, et si fiat, successu debito carrere noscatur.

Hinc iustae quaerelae ex utraque parte oriuntur.

Nos igitur omnibus, quae ad rem faciunt, serio perpensis, unanimi examinatorum consilio freti, decernendum perspeximus,

imo hisce decernimus, ut omnes sacerdotes dioecesis nostrae examen prosynodale subire cupientes. universam materiam examinis prosynodalis in duas partes dividere possint, ut scilicet prima vice de universa dogmatica, proxima autem de reliqua materia — vel si placuerit vice versa — tentamen subeant.

Cuilibet tamen integrum manebit — prouti hucusque — examen de tota materia simul perficere. Omnes vero usque 15-am Septembris praevis mentem suam — quomodo examen subire cupiant — Ordinariatui aperire in scriptis tenentur.

Cum autem hucusque saepe acciderit nonnullos examen prosynodale per decem et plures annos — magno sane studiorum damno — procrastinavisse, hisce ordinamus, renovantes decretum synodi dioec. (tit. V. §. 4.), ut quilibet sacerdos nostrae dioecesis ad examen prosynodale obligatus *sexto* saltem a sua ordinatione anno se ad dicta examina in omnes sistat, et qui sexto inceperit, septimo terminet. Cetera praeter haec Synodi decreta tum quoad examen, tum quoad eiusdem tempus et valorem firma atque rata permanere hisce declaramus.

e) *A zs. v. ideje.*

(1891. évi 1930. sz. püsp. rend. Circ. XI. 80.)

Notum redditur sacerdotum dioecesanorum omnibus et singulis, quorum interest, *Examina Pro-synodalia in futuro quotannis feria III. et IV. ultimae hebdomadae mensis Septembris* semper asservatum iri.

f) *A Král-jutalom.*

(1857. évi 1800. sz. püsp. hird. Circ. Lith. 166.)

Dum resultatum hoc (examen prosynodalis) ad excitandum diligens sacratorum Litterarum studium notum reddo, una subjungere volo: quod scientiarum fautoris Reverendissimi D. Josephi Král Abbatis Canonici et Archi-Diaconi pia liberalitate existat fundatio in capitali mille florenorum C. M. consistens, cuius censum currenti iam anno . . . . . capellani, qui prae caeteris in examine hoc optime substiterant, perceperunt. Cum proxima destinatio piae fundationis huius sit praemium concurrenti optimo adjudicandum: idcirco haec etiam pia fundatio serviat ad addendum concurrentibus piae aemulationis studium, ac ad excitandum litterarum amorem et diligentiam proficiendi in scientiis Theologicis.

g) *A zs. vizsga letételeben hanyagok büntetése.*

(1864. évi 2397. sz. püsp. rend. Circ. 1861—9. 147.)

Ex eo incidenti, quod anno currente duo tantum se examini synodali subiecerint, et non desint, qui a suscepto presbyteratu quinquennium, imo et sexennium elabi siverunt, quin obligationi in proprium commodum suum responderint: idcirco consistorialiter conclusum est:



Nonmodo Circulares sub pagina Protocolli 121. et 224. in lytographia editas, cunctis Obligatis in memoriam serio revocandas esse, verum una sanctionem etiam publicari: ut qui citra legalem causam examen synodale statutis annis subire neglexerint sibi adscribant, si examine probati ipsis tam in applicatione ad Administraturas, quam in dispositione ad meliores Stationes capellanales praepositi fuerint. Alioquin omnibus magis notum, persuasumque esse existimo, quam ut opus esse censeam uberius recensere, qualiter in animarum cura constitutis, tamquam populi ducibus et doctoribus, sacratorum disciplinarum scientia summopere necessaria sit, ut sacri muneris sui partes rite explere, et in arte artium — regimine animarum — pro gregis dominici utilitate cooperari valeant; quamve constantem, inpigramque operam adhibere his cumprimis temporibus intersit, ut in hac scientia — contra quam medius fere mundus in aciem consistit, — quisque in dies sese magis perficiat, potensque sit non modo exhortari in doctrina sana, sed et eos, qui contradicunt, arguere. Ad hunc salutarem scopum, et cumprimis, ne qui sint qui talentum sibi a Deo datum, et in Seminario excultum, ignave et disidiose in sudarium reponant, directa est, utraque summa Potestate firmata, ac in Synodo dioecesisana republicata salubris Constitutio: „*de Examine Synodali.*“<sup>1)</sup>)

### 3. Koronai tételek kidolgozása.

a) (1854. évi 79. sz. püspöki rend. Circ. Lith. 23.)<sup>2)</sup>

Quantopere Animarum Curatoribus populi fidelis Ducibus ac Praeconibus sacratorum disciplinarum scientia necessaria sit, ut gravissimi triplicis muneris, *Judicis, Doctoris et Medici* spiritualis partes rite explere, et artem artium, Regimen animarum quippe, pro commissi sibi gregis spirituali utilitate exercere valeant; quamve constantem, inpigramque operam adhibere modernis cumprimis temporibus intersit, ut in hac scientia quisque in dies sese magis perficiat, potensque sit non modo exhortari in doctrina sana, verum et eos, qui contradicunt, arguere, universis Dioecesis meae Curatis amplius notum, persuasumque esse crediderim, atque ut hanc in rem plura praefari necessum esse censeam.

Ad hunc salutarem scopum, et cumprimis, ne qui sint, qui talentum sibi a Deo datum ignave et desidiose in sudarium reponant:

<sup>1)</sup> A zsinati vizsgáló bizottság tagjainak névsorát l. a schématismusban.

<sup>2)</sup> Az eszterg. tartom. zsinat ide vonatkozó határozmányát l. 108. l. Az egyhm. zsinatét pedig a 40. l. Első izben Klimó 1762. május 1-én kelt pásztorlevele írja elő a tételek kidolgozását olyképen, hogy a canonicus theologus minden hónapban egy casus conscientiae-t tartozott elkészíteni Paulus Gabriel Antoine S. I. Theologia Moralis Universa cum Notis et Appendicibus P. F. Philippi de Carboneano Ord. Min. Reg. c. munkája alapján. Ezt közölték a papokkal s a havi koronán benyújtották. Az espere: felszólítására valaki élőszóval is megoldotta a kázust a koronán. — Szepessy 950/1833. sz. körlevele szerint minden évben egyszerre három theologiai tételt tűz ki a hatóság, melyeket jul. haváig kell kidolgozni.

praesentibus . . . . . e mente etiam consiliariorum meorum specialiter eatenus auditorum enuncio sequentia:

a) in regula Theses theologicas resolvere, elaborare et concinnare omnis e Clero curato obligatur.

b) a regula hac exceptio habetur solum quoad Districtum V. A. Diaconus ac eos, qui aetatis annum quinquagesimum superarunt.<sup>1)</sup>

c) In quavis districtuali Fratrum Corona unius Thesis resolutio assumatur; denique

d) cum Protocollo Congregationis autumnalis cujusvis obligati Theses, seu earum resolutiones in chartam nitide relatae, Rssmo Ordinariatui praesententur.<sup>2)</sup>

Datum 5-Ecclesiis 9-a Januarii 1854.

*b) (1857. évi 1004. sz. püsp. rend. Circ .Lith. 151.)*

Tempore ab eo, quo sub dto 9-ae Januarii 1854. No 79. normativum annue resolvendarum Thesium Clero Curato praescripseram, vigili oculo comitabar isthoc scientificae culturae Cleri mei vehiculum, et prout pro non levi solatio diligentiam et exactitudinem observare licuit, ita supersunt adhuc quaedam, quibus desideratum effectum, et complementum praeattacti normativi certius adhuc obtineri posse confido.

Sunt autem illa sequentia:

1-o. Cuncti ad resolutionem dictarum thesium obligati, ad quamvis districtualem Congregationem cum unius thesis resolutione chartae mandata compareant, aut si quis eorum legitime impeditus comparere non posset, resolutam thesim suam inomisse semper eo promovere faciat.

2-o. In quavis districtuali Congregatione eandem thesim fratres in communi resolvant, resultato ejus cum motivis per Notarium Protocollo inferendo.

3-o. Finita Congregatione Praeses resolutionem thesis cuiusvis ad hanc obligati sibi resignari ordinabit, Notarius autem in Protocollo nominatenus designabit:

a) quinam fratres sint immunes a praevia resolutione?

b) quinam resignaverint saum scriptam resolutionem?

c) quinam sint, apud quos illa adhuc exhaeret?

4-o. Cum fieri possit, ut in aliquo Districtu per aetatem suam nullus aut pauci solum sint ad specialem thesis resolutionem obligati, hoc impedimento non sit, quominus superius puncto 2-o indigitata resolutio in communi praesuscripiatur.

Quemadmodum autem fidenter spero his meis ordinibus accurata observantia satisfactum iri: ita majorem in modum provoco vi-

<sup>1)</sup> L. alább a d) pontot.

<sup>2)</sup> Ezen szabályt hatályon kívül helyezte a köv. b) pontban foglalt 1904/1857. sz. r., mely szerint az évi 2 dolgozat nem az őszi koronán, hanem az egyik a tavaszin, a másik az őszi nyújtandó be.

gilantiam DD. VADiaconorum, ut remissiores nefors ad conscientiosum officii sui hac in parte implementum exstimulare contendant.

Pro congrua notitia et directione praeterea notandum isthic censui: quod pro anno currente adhuc utriusque thesis resolutio per obligatos scriptotenus facienda ex autumnali congregatione ad Officium Dioecesanum promovenda sit; communis attamen (et quidem hac unica vice pariter utriusque thesis) resolutio per fratres in congregatione facienda jam hoc anno locum habere debeat.

Denique ut omnibus constet, quasnam sententias in usu et praxi tute tenere e sequi possint; resolutiones propositarum thesium deinceps abhinc quoque medio currentalium notificabuntur.

*c) (1863. évi 600. sz. püsp. rend. Circ. 1861 9. 85.)*

Non frustra statutum est: ut annue quaestiones theologicae fine resolutionis ad Dioecesim dimittantur: cum enim *labia sacerdotum debeant custodire scientiam* Malachiae II. 7— et populo fidei dixerit Dominus: „*interroga sacerdotes legem*“ Aggaei II. 12—, in patulo est: sacerdotem Christi semper discere, et in scientia Sanctorum progredi oportere, quo et semet ipsum de doctrina Christi et Ecclesiae Catholicae veritate convincere, et fideles pro munere suo debite informare et capacitare valeat. Si quando conspicua eruditione sacerdotis opus fuerat ad depositum fidei custodiendum, ad testimonium de Christo qua vero Deo perhibendum, ad eam Ecclesiae Catholicae, quod sola salvifica sit, proprietatem propugnandam; verbo ad collaborandum Evangelio Christi *Jesu!* nunc certe eruditionis sacerdotalis maximum adest necessitas, cum plurimos a veritate auditum avertere, ad fabulas convertere observemus; cum per philosophiam et inanem fallaciam multos secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, et non secundum Christum cogitantes abire videamus in perversum sensum, ad Coloss 2. — nunc inquam est maxime mens omnigena eruditione percolenda, ut potens sit sacerdos exhortari in doctrina sana, et eos, qui contradicunt, arguere.

Unde statuto conformiter quaestionum theologicarum diligentem resolutionem amodo quoque praestolabimur; et quidem non tantum a singulo quovis obligato individuo, verum a congregatione districtuali quoque in concreto, et quidem eo stricto sensu, ut non sufficiat in protocollo congregationis breviter adnotare, huius vel illius districtualis confratris deductionem voto communi acceptatam et per districtum pro sua quoque assumptam esse, sed ut DD-i districtuales in unum congregati semper debeant ac teneantur ipsi quoque assignatam thesim in discussionem sumere, et generaliter resolvere. Cuius quidem dispositionis ea sontica ratio est, ut ii quoque, quos secus aetas supra 50. annos a speciali et individuali deductione dispensat, ad generalem saltem resolutionem suo maturo consilio, et defaecato iudicio pro utili juniorum proventu ac informatione salubriter influant. Fine hoc opus amplius non erit junioris cuiuscumque

operatum in corona pelegere, imo lectionem idmodi, qua solummodo pretiosum tempus generali resolutioni thesis, aliisque pastoralibus conferentiis utiliter impendendum surripitur, districtim inhibemus. Sicut vero laconica quorundum in hoc obligationis genere oscitantia tolerari nequit, ita prohibitum esto etiam ne unum idemque operatum a pluribus subscribatur quasi plurium cooperatione, et communi Marte compositum fuisset, sed singulus quisque pro se et per se resolvat ac describat thesim, et singula quaeque congregatio in ipsa sessione partum opus suum protocollo inscribi curet.

d) (1890. évi 441. sz. püsp. intézv. Circ. II. 20.)

... Theses, exceptis VADiaconis, distr. Scholarum Inspectoribus et SS. Theol. Doctoribus, quivis sacerdos dioecesanus in cura animarum applicitus, proin etiam notarii districtuales, usque 50-um actatis annum elaborare, et in respectiva corona VADiacono districtuali resignare tenentur.

e) (1901. évi 2428. sz. püsp. rend. Circ. VIII. 103.)

Ut scientiarum cumprimis sacrarum in clero studium, Litteris Apostolicis „Singulari quidem“ de anno 1856. die 17-a Martii conformiter promoveatur, in Concilio Provinciali Strigoniensi anno 1859. statutum fuit: ut in singulis Dioecesium Districtibus congressus habeantur. Et in his thema theologicum, quod cuiusvis anni initio ab Ordinario proponetur, quodve quivis sacerdos usque 50-um aetatis annum, nisi ob graves rationes ab episcopo dispensetur, elaborare debet, discutiatur. Elaboratis singulorum in scriptum redactis, post concertationem in corona fratrum institutam, Ordinariatui exhibendis. Quod ipsum huius nostrae Ecclesiae Quinque-Ecclesiensis Synodus dioecesana anno 1863. celebrata transsumpsit et iniunxit Tit. V. §. 2.<sup>1)</sup>

Cum animi dolore experior decreta ista saluberrima indigentis etiam aevi nostri convenientissima, auctoritate summa fulta, haudquaquam observari. Quamvis enim non desint in unoquoque districtu, qui teneriore conscientia officio huic quoque satisfaciunt; longe tamen maior pars vel obiter tractat quaestiones propositas vel omnino negligit.

Quod ne ulterius fiat, neve in detrimentum continuae eruditionis Ven. Cleri dioecesani saluberrima idmodi decreta negligantur, omnes A. R. D. Vice Archi-Diaconos fraterne provoco, ut in proxima Corona hanc obligationem inculcent et si quos postmodum invenerint officio defuturos, hos mihi de nomine insinuent.

<sup>1)</sup> L. a 108. és 40. l.

f) (1902. évi 1855. sz. püsp. intézv. Circ. V. 45.)

... Una in memoriam revocando ordines Meos anno praeterlapso editos et supracitados, provoco ARD. Vice- ardiaconos, ut tenore eorundem negligentes etiam nominatim insinuent.

Quia vero elucubrationes memoratae fere a singulis in diversa forma exaratae horsum promovebantur, praesentibus statuo easdem abhinc ob conformitatem ad folia integra — non vero in formam partis quartae folii convoluta — esse conscribendas.

g) (1905. évi 975. sz. püsp. intézv. Circ. IV. 23.)

... ARD. VADiaconos praesentibus invio, ut in protocollo coronarum semper recenseantur sacerdotes districtuales, qui officium hoc strictum neglexerint.<sup>1)</sup>

PEEL

<sup>1)</sup> A pécsegyházmegyei hatóságnak a hittudományi karhoz intézett 2258/1909. sz. leirata szerint a koronai tétéleket felülvizsgáló theologiai tanárok tartoznak a dolgozatokra röviden rávezetni, vajjon helyes-e a tétel kidolgozása, és ellenkező esetben azt is, miért nem helyes? Az így felülvizsgált tétélek visszaküldetnek, hogy alkalma nyiljék mindenkinek meggyőződni, vajjon helyesen fogta-e fel a kérdést avagy nem?